ὀδύνης ἐστίν, ὅπως μόνος ὁ χυμὸς (h) φέρεται,
διὰ τῶν προειρημένων ἀπάντων βοηθημάτων θε-

ραπευθῆναι δυναθῆ, ἅπερ ἐν τῇ ἐξαιματώσει
 τῆς μήτρας τεθεῖκαμεν· εἰ θελήσει, τις τοίνυν
 ἀπλὰς δῆναι πόσεις, ἃ κωλύομεν, ὥς ἐσιν ἡ πί-
 τυα τῆ λαγῶς, ἡ μόχθ, ἡ ἄρνη, ἡ ἐλάφῃ, εἰ
 εὔρεθῇ· ἡ ἐκ ῥοῶν οἶνον, καὶ λεπία ῥοῶν, ἡ
 φλῆν σροβίλων· ταῦτα πάντα κεκομμένα, καὶ
 λελειωμένα, καὶ ἐκ τέττ τῆ ξηρίας διδόναι ποτὸν
 ζζ δύο· ἅμεινον δὲ εἰ φοίνικες, καὶ (i) μῆλα κυ-
 δωνία ἀφεψηθῶσι, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ ὕδατι τὸ
 ξηρίον (k) βάλλῃς, καὶ ἔτως πίνειν παραδόιης.
 Οὔτακις δὲ σὺν ὀδύνῃ εἴη ἡ διάρροια, ἐγκολπιτέα
 ἐσὶ (l) χυλὸς ἰτέας, ἡ πτισσάνης, καὶ πάντων
 τῶν φερμαίνοντων καὶ χαλῶντων· χρυσέον ἐσὶ
 καταπλάσματι (m) φερμοῖς, καὶ καλαῖς τροφαῖς·
 ἐκ τέτων γὰρ τῶν πραγμάτων καὶ ἐν τῇ ζέσει τὸ
 γεννηθὲν ἔλκος φεραπεύεται· εἰ δὲ ῥευπωμένον
 εἴη, ὅπερ δοκιμάζεται ἡνίκα ἐκκριθῇ τρυγώδης
 χυμὸς, ἡ καθαρὸς, ἐκείνοις χρώμεθα τοῖς εἶδε-
 σιν, οἷς (n) δυσεντερία (πρὸς) καθαρὰ ἡ ῥύπαρὰ
 ἔλκη· πρῶτον μὲν ἡνίκα ἀρχώμεθα περὶ ἐλκῶν
 τῶν ἐν τῇ μήτρᾳ γενομένων ἀναγινώσκειν, ἐκεῖ
 πλήρη τὴν φεραπειαν εὐρήσεις· ἡνίκα δὲ χρονίῃ
 (o) ἡ διάφρασις, περιοδικὴν ἐπιμέλειαν παρέχο-
 μεν, ἵνα τὰς δυνάμεις ἡ γυνὴ ἀναλαβεῖν δυναθῇ·
 καὶ τὸν πρότερον χυλὸν τῆ σώματος ἀναλαμ-
 βάνειν, καὶ ἐκ πάντων τῶν μετασυγκριτικῶν τῆς
 ἑλκ-

ὀλεθρίαν διάρροϊαν ἐκδιώξαι, καὶ εὐρωσίαν ἀνακ-
τήσασθαι.

Κ Ε Φ Α' Λ. ΡΛΗ'.

Περὶ διάρροϊας σπέρματος τῶν γυναικῶν,
ἣν οἱ Εἰληνέες γονορροϊαν καλεῖσι.

Εἰν τῷ τῷ νοσήματι σπέρμα ἐκ διχρήματος
ταῖς γυναιξὶν ἐκχεῖται, ἄτερ τινὸς ἐφέσεως,
ἔτως ὡς σὺν (a) ὠχρώματι (κα) χαυνότητι τὸ
σῶμα αὐτῶν τακῇ· τῷ δὲ τῷ νοσήματι (b) ὡ
διάρροϊα συμβαίνει, καὶ σπέρμα ἐκχέει· (c) κα-
τὰ (d) πᾶσα τῶν ἐπέχειν δυναμένων (e) παρε-
χόμενα εἰσὶν· ἀλλὰ μὴν καὶ λαμνεία μολυβδίνᾳ
τοῖς νεφροῖς αὐτῶν ἐπιθεῖναι, (f) καὶ ἔτως φασκιω-
θήτω, καὶ σρωμναῖς βραχείαις, καὶ θερμοῖς σκε-
πάσμασι σκεπασθήτω· (g) ὡς τὸν τῶν (h) ἀν-
θρώπων χαρακτῆρα μὴ θεάσθαι, μήτε τῶν (i)
μερῶν τῆς ἀφροδισίας, μῦθος σὺν αὐταῖς μιγνυ-
θῶ· ἐν δὲ τῷ διαλείμματι τῶν μετασυγκριτικῶν
πραγμάτων (k) σειρώμεναι ὥτιν, (l) ὧντινων αἱ
θεραπείαι, καὶ οἱ πόνοι (m) οἱ συνεχέσδρον δις-
τυπώθησαν.

Κ Ε Φ Α' Λ. Ρ Λ Θ'.

Περὶ χαυνώσεως τῆς μήτρας.

(a) Αἱ γυναῖκες αἱ χαῖνας ἔχουσαι τὰς μήτρας ἔμμηνα περισσότερα, καὶ συνεχέστερον ἐν τῷ μηνὶ συμβαίνει, σὺν ἀνορεξίᾳ δὲ ὡς πολλάκις, καὶ τὸ σπέρμα τῆ ἀνδρὸς ἔκτεχουσιν, ἀλλ' ἔξω ἐκπέμπουσι, καὶ ἔκτρωσις συμβαίνει, καὶ πρὸς τὸν νόμιμον χρόνον τὸ ἔμβρυον βαρύνει ἢ δύ-
ναιται· ὥτως δὲ ἐστὶν ἀπόκλεισις τῆ σπέρματος
(b) ὥπερ τῆτο ὅπερ ἐν τῇ κοινωνίᾳ τῆ ἀνδρὸς πρὸς τὴν σύλληψιν ἡ μήτρα δέχεται (c) τῆτο μετὰ τὴν πρώτην, ἢ τὴν δευτέραν, ἢ τὴν τρίτην ἡμέραν ἔξω (d) ἐκπέμψῃ· ἡ δὲ ἔκτρωσις, ὅταν τῶν δύο ἢ τριῶν μηνῶν ἤδη πεπλησμένων (e) ἀλλ' ἄνευ ψυχῆς καὶ ἰσχύος τὸ ἔμβρυον ἀποπέμψῃ· ὁ δὲ ἄωρος τόκος ἐστὶν, ὅσάκις πρὸ τῆ νομίμου (χρόνου) ὁμῶς ἤδη πλησιασέσης ἡμέρας, ἀτελὲς ἐκκέχυται τὸ ἔμβρυον· (f) πρὸς τῆτο ἐν τῷ νό-
σημα καλῶς ταύτην μεταφέρομεν τὴν θεραπείαν, ἣν εἰς τὴν ἐξαίματωσιν τῆς μήτρας, καὶ εἰς τὴν διάρρροϊαν ἐξεθέμεθα· ταύτῃ γὰρ (g) διάρρροϊα χρονία συμβαίνει.

Κ Ε Φ Α' Λ. ΡΜ'.

Περὶ παραλύσεως τῆς μήτρας.

Ο'σάκις ἡ μήτρα παράλυσιν πάχει, τὸ σῶμα αὐτῆς σὺν ψύξει (α) θερμαντικόν, καὶ λελυμένον γίνεται (καὶ) ἀναίδητον τὴν φύσιν ἔχει, ὅτε τῶν δακτύλων τῆς μαίης αἰσθάνεται· αὐτὴ δὲ ἡ γυνὴ τὴν χρῆσιν τὴν ἀφροδίσιαν μισεῖ, καὶ φεύγει· καὶ εἰ ἀναγκασθῇ, ὁ συλλαμβάνει. Διὰ τῆτο καὶ πρὸς τὸ περιπατεῖν ἐμποδίζεται· καὶ αὐτὰ τοίνυν τὰ ἔμμηνα, ἢ ἐπέχονται, ἢ ἀτάκτως ἐκκρίνονται· θεραπεύονται δὲ καθάπερ αἱ δὲ ἐπίχουσιν κάμνεσαι, καὶ σὺν ὀδυρμῷ καθαιρόμεναι.

Κ Ε Φ Α' Λ. ΡΚΑ'.

Περὶ (α) πάντων τῶν κατακλίσεων τῆς μήτρας.

(b) Ο' τῆς μήτρας αὐχὴν καὶ τὸ σῶμα εἰς τέσσαρα μέρη κατακλίνονται, καὶ εὐφραίνονται· ἐνίοτε καὶ εἰς τὰ ἀνώτερα μέρη φεύγει· κατανοεῖται δὲ τῷ δακτύλῳ τῆς μαίης, καὶ σημείοις τισίν· εἰ γὰρ εἰς τὸ πλευρὸν ἑαυτὴν κατακλίνει, αὐτὸς ὁ πῦρ (c) καθέλκεται, καὶ ἐν τῷ σώματι ψύξις αἰσθάνεται, καὶ εἰς τὸ περιπατεῖν ἐμποδίζεται· εἰ δὲ


δὲ (d) ἐν τῇ προτέρᾳ φηρομένη ὅτιν ἢ κατάκλι-
 σις, καὶ τάσιν ἐπὶ τὸν κτένα αἰσθάνεται, καὶ τὸ
 ἔθρον ἐμποδίζεται· εἰ δὲ καὶ τὸ ὅπιθεν κατακλί-
 νει ἑαυτὴν τὸν κόπρον σὺν ὀκνηματώσει αἰ-
 σθάνεται ὅξελθεῖν, καὶ σὺν μεγίστῃ δυσχερείᾳ ἢ
 γυνὴ διαχωρεῖ, καὶ μάλιστα εἰς τὸ δακτύ-
 λιον γένηται ἢ κατάκλισις· ἀλλὰ ταῦτα πάν-
 τα τὰ σημεῖα εὐρηθῆναι εἰώθασι, καὶ διὰ τῆτο
 ἔτι καὶ ταύτην φεράπευε, ὡς τὸ ὅπιθεν εἰρή-
 καμν.

Κ Ε Φ Α' Λ. ΡΜΒ'.

Περὶ σείρωσεως τῆς μήτρας.

Ἡ σείρωσις κοινὸν πάθος ὅτι καὶ ἄρρεσι καὶ θη-
 λείαις· ἐκ πλειόνων δὲ αἰτιῶν συμβαίνειν εἰω-
 θεν (a)· ἢ γὰρ καθόλου αἰγυῶναι μὴ συλλαμ-
 βάνουσιν, ἢ ἡνίκα συλλαμβάνουσιν, ἢ κατέχουσιν· ἢ
 ὅτε (b) ἀμέλει τὸν νόμιμον χρόνον ὑποφέρειν δυ-
 νηθῇ, ἵνα εἰς ὁλόκληρον τὸ ἔμβρυον τεχθῇ·
 αὐτὴ τοίνυν ἡ σείρωσις ἀποτελεῖται εἰς τὸ ἄρρεν,
 ἢ τὸ θῆλυ, εἴ τι νόσημα ἐν τῷ σώματι ἔχουσι
 πάντων τῶν μερῶν ἐκείνων τῶν ἀναγκαίων ὄντων
 τῇ συλλήψει. Διὰ τὰ ἀνδρὸς τοῖσι καὶ σύλλη-
 ψις ἐμποδίζεται ἡνίκα τὸ πᾶν σῶμα καὶ ἐν τῷ
 παρεληλυθότι δηλαδὴ χρονίαν τινὰ ἀρρώστιαν (c)
 τῷ σώματι, κακείθεν τὸ σπέρμα αὐτὸ λεπτόν
 ὅτι,

ὅτι, ἢ ὅξυδατος ὁμῶς, ἢ σφοδρῶς ψύξεως,
 ἢ (d) πλέον παρὰ τὸ καθήκον τῇ θερμότητι ὅτι
 διεφθαρμένον· ἢ τῇ ἰδίᾳ ἀσελγείᾳ, τῇ σωε-
 χεσέρᾳ ἀφροδίσια, μέθ' ὧν καὶ (ιχϋος) τῶν (e)
 ἀνδρείων μερῶν (f) ἐσερήθῃ· ἢ ὁ ἀνὴρ (g) ἐμπο-
 δίζειν εἰώθεν, ὅσῳκις ὅξυνεχιτμένος ὅστιν, ἢ πα-
 ραλελυμένος, τῶτέστιν ἐν τῷ πλαγίῳ (h) τὸν ὑ-
 μίνα ἔχουσι, δι' ὃ τὸ σπέρμα ἐκπέμπουσιν. Οἴ-
 μοίᾳ δὲ σείρωσις εὐρίσκεται διὰ τῶν γυναικείων πά-
 θους· εἰ γὰρ εἰπὶ λεπταί, καὶ (i) τεταμέναι, καὶ
 φθισικαί, ἢ (k) κατασακτικαί· ἢ παρὰ φύσιν
 πολὺ παχεῖαι, καὶ πιμελωδεῖς, ἢ ὀργίλαι, καὶ
 θυμώδεις· τοῖς μέρεσι δὲ γυναικες ἐμποδίζονται
 ὅσῳκις (l) ἢ καθαίρονται, ἢ τὸ σῶμα τῆς μήτρας
 ἐγκεκλεισμένον ἔχουσιν, ἢ ἐσραμμένον, ἢ ὑμε-
 νῶδες, ἢ τινι πράγματι αἰτιωμένον, ἢ δῆλον τύ-
 λωσιν, ἢ σκλήρωσιν, ἢ ἑλκος ἐκεῖ ἔχουσιν, ἢ
 ἐν τῇ κοινῶνι τῶν ἀνδρῶν σπέρμα ἐκ ἀποβάλλωσι,
 καὶ ἐνγεῦθεν εἰσὶ σείραι, καὶ (m) ἄγαμοι· Σερα-
 πευονται δὲ ἕκαστα τὰ προειρημένα ταῖς ἰδίαις ἐ-
 πιμελείαις ἔστω, ὥς κεκμηκώς ὁ ἀνὴρ τοῖς γυμ-
 νασίοις καὶ τῇ ἀλοιρῇ καὶ τῇ ποικίλῃ τροφῇ ἀνα-
 λαμβανέσθω, εἰ δὲ τί χρόνιον νόσημα ἐμποδίζει,
 πρῶτον θεραπευθήτω, καὶ ἔστω ἀναληφθήτω·
 ὅθεν δὲ ἐκτεμνομένης καθάπερ ἐν τῷ χειρουργικῷ
 ὤριέχεται θεραπευτίον. Οἰοίως τοίνυν ἢ γυνὴ
 ἀναληφθήτω, καὶ θεραπευθήτω· εἰ δὲ ὑπότινος
 αἰ-



αἰτίας τὸ (π) σῶμα ἐγκεκλεισμένον ὄσῃ, ἢ ἐὰν
ὁ ὕμιν κεκλεισμένος (ο) ἀνεωγμένος ὄσῃ· ἐὰν (ρ)
τε ἔλκος ἔχει, διάφορος αὕτη θεραπεία. ἢ
τύλωσις δὲ καὶ ἡ σκληρία μαλακτέα· ὁκτὸς δὲ
τίτων τῶν αἰτιῶν ἐδεμία ἄλλη τις αἰτία εὐρέθη ἂν
ἢ ποιεῖσα ζείρωσιν, ἢ τὴν σύλληψιν ἀποβάλλουσα.

Κ Ε Φ Α' Λ. ΡΜΓ'.

Περὶ δυσχερῆς καὶ κοπώδους τόκου.

Πολλὰ εἰσὶν αἰτίαι ἐφ' αἷς κοπώδης καὶ δυσχερῆς
τόκος ἀποτελεῖται· μία τοίνυν αἰτία παρ' αὐ-
τῆς τῆς τεκέσης, ἄλλη δὲ παρὰ τῇ τικτομένῃ ἐμ-
βρύῳ· τινὲς δὲ καὶ τὴν τρίτην αἰτίαν προσάγου-
σιν, ἢ ἐκ τῆς ὁκτὸς συμβαίνειν εἶωθε· παρ' ἄλ-
λοις δὲ καὶ τετάρτῃ ἐξανίσταται μικτὴ λεγομένη,
ἣτις ἐκ πάντων τῶν προειρημένων μίγνυται.

Κ Ε Φ Α' Λ. ΡΜΔ'.

Πῶς λέγουσιν ἐξ αὐτῆς τῆς τικτέσης τὸν
δυσχερῆ τόκον συμβαίνειν;

Ὅτι ἐὰν ὀργίλη ἦ, ἢ ἐντρεπτικὴ, ἢ δειλὴ,
ἢ προτεύστα· καὶ ὅλω τοίνυν τῷ σώματι πολὺ
ἰχυνή, ἢ σφοδρὰ πιμελώδης, ἢ μυώδης, ἢ ἄρρω-
στον τὸ σῶμα ἔχουσα, ἐμποδίζεται· τοῖς δὲ μέ-

ρεσιν ἴσως (a) μὴ ἢ μήτρα ἐν ζέσει εἴη, ἢ τισι-
κονδυλώμασιν ἐμποδιῇ, ἢ τὸ σῆμα αὐτῆς σε-
νώτατον ἦ, ἢ ὅκ μέρος κεκλεισμένον, ἢ ἐν τῷ
πλησιάζειν τις αἰμορραγία, καὶ (b) ἄθροισις εἴη,
ἢ ἐν τῇ κυσεὶ λίθος, ἢ ἐν τῷ κώλῳ τῶν κόσμων
ὀπίχεςτις εἴη· ὅκ τέτων γὰρ πασῶν τῶν αἰτιῶν
ἡ ἔξοδος εἴμβριος δυσχεραίνεται.

Κ Ε Φ Α' Λ. Ρ Μ Ε'.

Πῶς λέγεσι διὰ τῆς τικτομένης ἐμβρύου
τὴν τῆς τόκες δυσχέρειαν συμβαί-
νειν.

Διηλαδὴ ὅταν φυσικῶς μεγίστη κεφαλὴ, ἢ ὅ-
λον τὸ σῶμα τῆς (a) γαστρὸς μείζον ἦ· ἢ δηλο-
νότι ὑδρωπικόν ἐστιν, ἢ κυρτόν, ἢ ἀσθενές, ἢ πε-
φυσιμένον ἢ ἀποθανόν μῆλον, ἢ τῇ θήσει παρὰ
τὴν φύσιν (b) ὄν.

Κ Ε Φ Α Λ. ΡΜζ'.

Πόσεις καὶ ποίοις χήμασι τὰ ἔμβρυα
γεννῶνται ;

(α) Γενικὰ μὲν εἰσι τέσσαρα τὰ γένη τῶν χημάτων· κτ̃ κεφαλὴν, κτ̃ πόδας, ἢ πλαγίου κείμενον, ἢ δεδιπλωμένον· ἰδικὰ δὲ χήματα πλείονα εὐρίσκονται· ὁκείνο γὰρ τὸ κτ̃ κεφαλὴν φερόμενον ἐνίοτε μὲν τὴν κεφαλὴν εἰς τὸ σῶμα τῆς μήτρας ἔχει, τὸ δὲ λοιπὸν σῶμα ἐσραμμένον· κτ̃ κεφαλὴν κατερχόμενον, ὡς πρότερον μὲν ἢ ἐν τῷ σώματι, ἢ ὀπίσθεν τὴν κεφαλὴν ἐμπήξει· ἢ πλάγιον ἑαυτὸ ἀπορρίπτει, καὶ ἐνίοτε ἄνευ ἐπιχέσεως, ἐνίοτε τοίνυν τὴν μίαν χεῖρα ἔξω (b) ἐπαναδίδωσι, τὸ λοιπὸν μέρος ἔνδον· (c) ἐzeug-
μένων τῶν ποδῶν εὐρεθήσεται, ἢ κτ̃ (d), αὐτὸν (e) ὀζαιτεμένων· ἄλλο δὲ χήμα, ὅπερ κτ̃ πόδας ἐνίοτε κατέρχεται ὅτως, ὡς (f) ἀνέυθετον τὸ σῶμα τῆς μήτρας ἐστὶ πόδας χῆ ὀρθῆς, τὰς δὲ χεῖρας ἐzeugμένας τοῖς πλαγίοις, ἐνίοτε ἐν τῷ προτέρῳ (g) μέρει, ἢ ὀπίσθεν ἀπὸ τοῦ σώματος ἐστὶ πόδας ἐμπήξει· ὅπερ καὶ αὐτὸ ἐνίοτε σιωὶ ὀπχέσει, ὅτε δ' ἄνευ ὀπχέσεως γενέσθῃ· καὶ πότε μὲν τὸν ἑνα πόδα, ἢ ἐστὶ (h) ἐκατέρῃς γε ἔξω ὁκπέμπει, τῶν χειρῶν δηλονότι ἀπὸ τὴν κεφαλὴν συνεσραμμένων· καὶ πότε δὲ
διη-

δινημένοις τοῖς ποσὶ (i) τῶν μερῶν τῆς μήτρας
 κεχωρισμένους ἐμπηγύει· ὁπότε διπλωθέντων (k)
 τῶν ποδῶ μετὰ τῶν γυνάτων ἐξελθεῖν ἀναγκα-
 σθήσεται· ὁπότε ἔτως διπλημένων, ὡς καθεζομέ-
 νῳ ὁμοίως, τὰ τραύματα ἔξωθεν δείξει· ἢ ἐναν-
 τίως ὅτως διπλημένων, ὡς τὰ πέλματα τῇ κε-
 φαλῇ ἐζευγμένα εἰς τὸ σῶμα τῆς μήτρας εὐρή-
 σεις. Τὸ δὲ πλαγίως κείμενον, ὁπότε ἐν τῷ
 πλαγίῳ, πότε ὑπτίον, πότε εἰς ἑστὸν ἐδόντας
 εὐρεθήσεται· ἔτως τοίνυν (l) δεδιπλωμένων (m)
 ἐσκυλμένων (n) τεθειμένων εἶναι διωκηδῆ.

Κ Ε Φ Α' Λ. ΡΜΖ'.

Ε'κ τέτων τοίνυν τῶν προειρημένων χη-
 μάτων (a) ἅπερ εἰσὶν (b) ἐκτεθει-
 μένα, καὶ κατὰ φύσιν (c);

(d) Ὅσάκις καὶ τὴν κεφαλὴν φέρεται ἔτως,
 ὡς εἰς τὸ σῶμα τῆς μήτρας εὐθέως ἢ κεφαλὴ αὐτῆς
 εὐρεθήσεται (e) τὰς χεῖρας δηλονότι ταῖς πλευ-
 ραῖς ἐζευγμένας (f).

Κ Ε Φ Α' Λ. ΡΜΗ.

Πῶς δὲ πλησιαίσερον τῷ καλῷ χήματος
ἐς γεννώμενον ἔμβρυον;

Οὐσάκις τῶν ποδῶν ἐζευγμένων κατέρχεται ἡ
εἰς τὸ σῶμα τῆς μήτρας (a) τεθειμένον, τῶν χει-
ρῶν δηλαδή ταῖς πλευραῖς (b) ὀπδοδείσαις· ἔδέ-
ποτε (c) αὐτὸ ἡ μαῖα κατάξει· ἄλλ' ἡνίκα κα-
τελθεῖν ἄρξεται εἰσβάλλουσα τὴν χεῖρα τὰς χεῖ-
ρας αὐτῆς κρατησάτω, ἡ αὐτὰς κατάγοι, μή-
πως τὰς χεῖρας (d) ἀνεώξει, καὶ αὐταὶ ἐκεῖ ὑπο-
μείνωσιν· ἄλλ' ἐκ τῶν δύο χιμάτων ἁμεινόν ἐστι
τὸ κτ' κεφαλῆς κατερχόμενον· ἡνίκα τὸ ἀγωνί-
ζειν ἄρξεται, ἔδεν (e) ῥυπος ὅστιν.

Κ Ε Φ Α' Λ. ΡΜΘ'.

Πῶς λέγουσιν ἐκ τῶν ἐκτὸς συμβαινόν-
των δυσχερέσερον τόκον γενέσθαι;

Συνεχέσερον γὰρ ἢ τῇ πάνυ φύξει τῷ αἵρος,
ἢ ὀλίγον (a) πλέον θερμασία· ἢ δηλονότι ἡνί-
κα, ἅπῃ ταῖς τεκέσαις εἰσὶν ἀναγκαῖα, ἢ πά-
ρεια.

Κ Ε Φ Α' Λ. ΡΝ'.

Πῶς λέγουσι διὰ τῆς θύλακος ἐμποδίζε-
σθαι τὸν τόκον;

Ὅτι βραδύτερον ἂν τῆς βάθους ἀναλύεται (τῆς μήτρας), ἢ δῆλον ἔτι (a) σεραιωμένος ὅτιν, ὡς (b)· δυσχέρως ἐκκριθήσεται· ἢ δηλαδὴ ἔτι λεπτός ὅτιν, ἵνα πρὸ ἔκτατος (c) ὁ τόκος λελυμένος ἦ, καὶ πρότερον τὸν χυμὸν ἐκκρίνον (d) ἐκχέει, ὃν ὡς διὰ τὸ ὀλίγημα τῶν παιδίων (f) προευτρεποσμένον ἔχει.

Κ Ε Φ Α' Λ. ΡΝΑ'.

Πῶς λέγουσι κατ' ἄλλον τρόπον, ὅσπερ
ἐκ πασῶν τῶν αἰτιῶν μίγνυται, τὸν
τόκον ἐμποδιθῆναι;

Διότι ὡς νοσηρὸν καὶ χαλῶνον ὅτι τὸ ἔμβρυον, καὶ διὰ τῆς βοήθειας, τῇ (a) ἐνάρξει τῆς τεκνέως, ἢ δῆλον τεθνηκὸς ὅτιν ἢ μικρὰν κεφαλὴν ἔχει, καὶ διὰ τῆς τῶ σώματος ἐκτανθῆναι ὁ δυνάται, ἔτε παρὰ τῆς μαίης εὐχερῶς καταλαμβάνεται· καὶ (b) αὐτὰ τὰ αἷτια, ἃ ἐγὼ Μοχίων, καὶ οἱ λοιποὶ ἀρχηγοὶ τεθελήκασιν ποιῆσαι τῇ δυσχερεστέραν τόκον. Σωρᾶνος δὲ ἄλλας προσίθεται αἰτίας. Βάλεται γὰρ ὀπκυρῶσαι, ἢ ὅτι δυνάτεις ἐμ-


ποδιδοῦναι τὸν τόκον (c) ἢ συσφιχθέντων ἐ ξηραν-
 θέντων αὐτῶν ἧμερῶν. (d) ἐκ διαρροῆς ἢ πλεο-
 νάζοντας χυμῶν (d) ἢ διάρροϊαν αἵματος (e) ἀνα-
 ληφθεῖσιν τῶν δυνάμεων τῆς τεκῆσης, ἢ)ἕξ)
 ἐκείνων τῶν πραγμάτων, οἷς τὸ σῶμα τῆς μή-
 τρας συγκλείεσθαι εἶωθεν, καθάπερ τοῖς μώλω-
 ψιν, ἢ ταῖς κλείτεσιν, ἢ ταῖς (f) δρύσεσιν εἴτε
 αἰμορροαγίας, καὶ τέτοις τοῖς πλείεσιν (g) ὀ-
 νίως, ἢ τοίνυν τῷ θανάτῳ τῷ ἐμβρύῳ, ἢ (h) ἐ-
 σκυλμένον παρὰ φύσιν τεθειμένῳ ἢ τῇ πλεονε-
 ξίᾳ τῶν μερῶν τῆς γαστρὸς, τῶν χειρῶν, ἢ τῶν
 ποδῶν (i) καὶ ἢ ὅτι αὐτὰ τὰ ἔμβρυα τέσσαρα
 ἢ πέντε εἰσίν.

Κ Ε Φ Α' Λ. ΡΝΒ'.


Ποία τοίνυν ἐπιμελεία μαιευθῶσιν ἐκεῖ-
 ναι, αἱ μετὰ βραδυτῆτος καὶ συνδυ-
 χερείᾳ τίλτεσιν;

Εἰσίτινες, αἵτινες δι' ὀπίχουσιν, καὶ (a) σένωσιν
 ξηρότητος, ἀλλὰ μὲν καὶ ζεσεὶ ἐμποδίζονται, εἴ-
 τε ἀπὸ σφοδρᾶς ψύξεως τῷ πάχουσιν, ἢ (διὰ)
 σκλήρωσιν τῷ σώματος τῷ ἐμβρύῳ, ἢ τῆς μήτρας
 βραχυτύτητα. ἡνίκα ὅπῃ μακρὸν χρόνον τὴν σύλ-
 ληψιν δέξεται, εἴτε βραχυτύτητα τῷ σώματος, καὶ
 φόβον, ἢ ὀργιλότητα (b).

Τ Ε' Λ Ο Σ.



M O S C H I O N I S
D E
M U L I E R U M P A S S I O N I B U S
L I B E R.



THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY
STANDARD PAPER
1911

ST. MARY'S HOSPITAL
RADFORD LIBRARY
MANCHESTER.

Ordo Capitulū Moschionis Libri
de mulierum passionibus.

1. Quid est obstetrix?
2. Uterus quot nominibus insignitur?
3. Ubinam situs est uterus?
4. Qualis est uteri substantia?
5. Quot membranis constat uterus?
6. Quomodo situs ratione configuratus est Uterus?
7. Ubi igitur locatum est uteri orificium?
8. Quantum distat & retro abscedit?
9. Ipsum uteri orificium quale est?
10. Clausis cujus est capacitatis?
11. Testiculi (ovaria) mulierum ubi siti sunt.
12. De purgatione muliebri.
13. Unde purgatio dicta est?
14. Quandonam primum apparet?

15. Quanto tempore sanguine purgantur mulieres?
16. Quænam sunt illæ, quæ maxima sanguinis copia purgantur.
17. Quanta est evacuati sanguinis mensura?
18. Quot diebus purgantur mulieres?
19. Quænam illæ sunt, quæ naturaliter non purgantur?
20. Quomodo evincimur naturaliter quasdam non purgari?
21. Quibus indiciis intelligimus primæ purgationis terminum advenisse?
22. Quousque puellæ virgines esse debent?
23. Quænam ad concipiendum aptæ sunt?
24. Quodnam tempus ad concipiendum idoneum?
25. Quibus indiciis noscitur mulierem concepisse?
26. Quænam indicia foetum conceptum aut marem aut foemellam esse denotant?
27. Quid est Kissa?
28. Unde Kissa nominata est?
29. Kissa quo mense prægnantibus accidit?
30. Quamdiu detinet Kissa?
31. Qualis diæta Kissa laborantibus præscribenda?
32. Quid ei exhibebimus?

33. Quomodo prægnantium diæta mense septimo instruenda.
34. Quomodo mense octavo?
35. Nono mense quid faciendum?
36. Quid igitur est Chorion?
37. Unde Chorion dictum est?
38. Unde Angion dictum est?
39. Sed cur & secundinæ nominatum est?
40. E quibusnam componitur Chorion?
41. Quibusnam ex partibus componitur foetus umbilicus?
42. Quid est membrana amnios?
43. Quæ sunt signa abortum præcedentia?
44. Quænam sunt instantis partus signa?
45. Quomodo distingues dolorem ab inflammatione ortum ab eo, qui instante partu accidit?
46. Quænam sunt præparanda ad partum requisita?
47. Quale est sedile obstetricium?
48. Lecti duo ad quid necessarii?
49. Quomodo collocanda est parturiens?
50. Quid antequam parturiens in sedili firmetur faciendum est?
51. Ministrantes; præter obstetricem, mulieres quot requiruntur?
52. Obstetrix ubi & quomodo sedere debet?

53. Posito vero casu quod secundinarum pars quædam intus remaneat, quid faciendum?
54. Veteres quænam in secundinarum retentione exhibuerunt?
55. Puerpera, absoluto partu, quomodo degere debet?
56. Quomodo novimus sufficientem a partu manasse purgationem?
57. Si vero a conatu & tensione magis urgentibus dilacerationes in partu fiant. quid facto opus?
58. Quomodo mammæ, affluente a partu copioso lacte, tensione, dolore gravante, & inflammatione affectæ curantur & mitigantur?
59. De cohibendo lacte.
60. De mammarum inflammatione.
61. Si vero parturiens ipsa lactare possit, quid faciendum?
62. Si vero alia lactaverit, quomodo lac puerperæ supprimemus?
63. E quibus indiciis conjicimus infantem aptum esse ut nutriatur (vel vitalem fore).
64. Quibus mensibus vitales nascuntur?
65. Quando & quomodo refecandus est umbilicus?
66. Quibus usnam respergitur aut lavatur infans?

67. Qua adhibita cautela illos pulveres infanti applicabimus?
68. Quomodo fasciabimus infantem?
69. Ubinam collocare oportet infantem?
70. Quandonam porrigendum est infanti alimentum?
71. Quodnam primo alimentum capere debet infans?
72. Quomodo mel porrigemus infanti?
73. An Lac maternum aut alienum infanti a partu exhiberi debet?
74. Quodnam igitur lac qualitate bonum dici potest?
75. An materno lacte nutriendus est infans?
76. Quænam igitur nutrix infanti nutriendo idonea est?
77. Quomodo instruenda est nutricis diæta?
78. Quomodo dicis ab initio infantem infirmari?
79. Quænam exercitia in commodum infantis a nutrice fieri possunt?
80. Quid faciendum si lac nutricis prævum fuerit?
81. Quid facient illæ quibus lac disparet?
82. Quænam exhibent veteres, ut lac mulieribus abundet?

83. Quid illis, quæ lac iusto copiosius, aut crassum generant, faciendum?
84. Ob quam rationem nutrici alimenta acria & falsa non concedenda?
85. Qua ergo diæta uti debet, quæ lac corruptum habet?
86. Quomodo medebimur iis, quæ lac aquosum habent?
87. Quoties indies balneo immittetur infans?
88. Quis locus balneo infantis destinandus?
89. Quomodo disponendum est lavacrum?
90. Quare post balneum sursum sublatis infantis pedum plantis caput infra pendet?
91. Quomodo ungere infantes oportet?
92. Ob quam causam oleo infantis oculi obliniuntur?
93. Cur post balneum infantis aures & nares ejus exficcare jubemus?
94. Post quantum a balneo temporis spatium erit uberibus admovendus infans?
95. Quomodo ubera præbere debet?
96. Quid post somnum nutricem facere oportet.
97. Quoties lactare infantem intra diem debet?
98. Quid mali accidit infantibus, si ante vel ipso in balneo sugant?

99. Quibus indiciis novimus infanti alimen-
tum præbendum esse?
100. Quomodo distinguemus infan-tem non
adeo ob alimenti penuriam, quam alias
ob causas ejulare?
101. Quid facimus si post lactationem con-
tinuo ejulat?
102. Cum obdormiverit infans ubi collocan-
dus est?
103. Quomodo gestandus est infans?
104. Quomodo & ob quam rationem bajulan-
dus est infans?
105. Post quot dies decidere solet infantis
umbilicus?
106. Quomodo exactam umbilico configura-
tionem conciliamus?
107. Ad quod tempus fasciandus est infans?
108. Quas primum infantis partes solvimus?
109. Quare balneum ingressurus infans pri-
mum fasciis liberari debet?
110. Quandonam & quomodo ad sedendum
instituentus est infans?
111. Quomodo ad deambulandum institu-
endus est infans?
112. Quandonam ad deambulandum institu-
endus est infans?

113. Quandonam ablaſtandus eſt infans?
114. Quanam methodo ablaſtabimus infantem?
115. Quem primo cibum infanti porrigere debemus?
116. Qualem illi potum dabimus?
117. Quandonam dentes emittere incipit infans?
118. Quænam ſunt prima dentitionis ſigna?
119. Quibus auxiliis utendum, ne cum dolore & tormine dentes emittant infantes?
120. Quibus auxiliis inflammationem faucium infantum oppugnabimus?
121. Adverſus pruritus, exanthemata & phlyctænas quid tentare oportet?
122. Sonitum aurium & ſtridorem dentium quomodo curare oportet?
123. Adverſus tuſſim quid ei dabimus?
124. Quinam ſunt mulierum morbi?
125. Quinam per fluxum corporis adoriuntur?
126. De Menſtruorum ſuppreſſione?
127. De Uteri inflammatione.
128. De Satyriaſi.
129. De Suffocatione hyſterica.
130. De tenſione Uteri.
131. De Oedemate Uteri.

132. De Phlegmone Uteri.
133. De Uteri Duritie.
134. De Dolore uteri.
135. De molâ uteri.
136. De hæmorrhagiâ uteri.
137. De mulieris sanguinis fluore.
138. De fluxu feminis mulierum, quem græci gonorrhoeam nominant;
139. De debilitate uteri.
140. De paralyfi uteri.
141. De omnibus uteri inclinati modis.
142. De Sterilitate uteri.
143. De difficili & laborioso partu.
144. Quomodo dicunt ab ipsa parturiente partum evadere difficilem?
145. Quomodo dicunt per excludendum foetum partum difficilem evadere?
146. Quot & quibus fitibus nascuntur foetus.
147. Prædictorum fituum quinam optandi sunt & secundum naturam?
148. Quis foetus partus bono fitui proximior?
149. Quomodo dicunt ab iis quæ extrinsecus adveniunt difficiliorem fieri partum?
150. Quomodo dicunt per Chorion impediri partum?


151. Quomodo dicunt, quod partus per
alium modum, qui ex omnibus his cau-
fis componitur, impediatur?

152. Quid sub partu curandum erit apud il-
las, quæ tarde & difficulter pariunt?

M O S C H I O N I S
D E
MULIERUM PASSIONIBUS.
PROOEMIUM.

Cum nobis frequenter apud mulieres obstertrice opus esset, nullamque expertem & græcis imbutam literis inveniremus, quas licet didicisset, quomodo ea quæ ad mulierum affectiones spectant omnia ut horum lectione, ratione ea assequi valeat, in latinum sermonem converteret? Ego quidem Moschion multa jam passim video veritati conformiter translata, immo accuratius ordinata, diligentiusque polita, velut in ophthalmico & chirurgico Philiatrì, quin & in poematìco legimus. Visum est igitur & mihi hæc ad mulierum affectiones spectantia e græco sermone transferre. Condonabitur mihi, si rerum veritate servata ita meam translationem adornavero, ut mulierum desiderio satisfaciam. Placuit enim nobis, ut, cum seriem rerum, quæ

quæ maxime probantur in epitome daremus, omnia quidem diceremus, neque tamen operis prolixitate peccaremus. Iis qui multum ordini student, brevem rerum indicem dabo. Addidi præterea alia triginta duo capita, ut omnibus conservatis explicatio sufficiens haberetur. In his vero omnibus simplici uti dictione statui, cum ut ea quæ dicerem manifesta essent, & mulierum usui accommodata, tum ut imperitarum obstetricum intellectui exposita captu facilia essent. Tradere præterea volui in quot & quales partes ea omnia quæ ad mulieres spectant, dividerem, binas statuens obstetricum species, quarum una imperita, altera vero omnium, quæ obstetrix scire debet, perita est. Hanc speciem denuo dividimus in eas quæ tales sunt ob causas secundum naturam accidentes, & præter naturam obstetricum. Gratam fore hanc pertractationem mulieribus spero, quod obstetrix exerceri ex eâ in suâ arte possit; tum quod ii qui in hac parte versati sunt, suas notiones hoc opere confirmatas inventuri sint.



CAPUT I.

Quid est obstetrix?


Mulier omnia, quæ ad Fœminas spectant edocta, immo & Artis ipsius medendi perita; ita ut illarum omnium morbos commode curare valeat. Non fit autem turbulenta, non garrula, non lucri avida; sed sapiens, sobria, linguæ potens, moribus proba, & laboris patiens, quæ que propriâ sollicitudine mulieres gubernet & dirigat.

CAPUT II.

Uterus quot nominibus insignitur?

Tribus antiquitus nominibus. Et primo quidem a suâ functione, quod mediante propriâ ejus pariendi actione mulieres matres fierent, μήτρα dictus est. A græcis autem & hystera nominatur, id est extremus; quod omnium viscerum ultimus ordine veniat uterus. Sive quod in undecimum annum apud Virgines vacuus sit, & post ætatis mutationes propriâ affectione partum mulieribus concedat. Sed & delphys græcis cognominatus est, quod nempe eo mediante fratres fierent, & omnes ipsius opera nascerentur.

CAP.



C A P U T III.

Ubinam situs est uterus?

Interius inter duo ossa innominata, intestino recto superincumbens & ossi sacro; vesicæ autem subjectus.

C A P U T IV.

Qualis est uteri substantia?

Nervosa & carnibus, immo nervis & venis intertexta.

C A P U T V.

Quot membranis constat uterus?


Duabus membranis, quarum exterior lævior est, alba, dura & nervosa; altera vero, interior nempe, aspera, rubra, mollis & carnosa. Quo apparatu cætera omnia continentur ita ut uteri membranæ mediantibus tenuissimis membranulis & nervis adglutinentur.

C A P U T VI.

*Quomodo situs ratione configuratus est
Uterus?*

Primum quidem ut cucurbita me^oc configuratus est. Ut vero singulæ eius partes cognosci facileque intelligi possint; eius partes, singulis singulas literas adscribentes, exponere.

ponemus. Ubi igitur primum α . oppositum est, orificium dicitur; quod ante partum carnosum & pulposum est; partu autem prægresso callosum & capacius. Ubi vero β . adscriptum est Collum dicitur. Et pars γ . litera notata Cervix est uteri. Totus harum partium concursus Chorion nominatur. Illa vero pars, quæ ex angustiori cum rotunditate explicari in latitudinem incipit, ubi nempe δ . adscriptum est, humerus dicitur. Ubi vero ϵ . latera vocantur. Ubi tandem in rotunditatem inclinatur, cum adscripta litera ζ . fundus nominatur. Litera η . basin denotat maximam. Omnis autem illa capacitas, quæ infra abdomen medium occupat, finis dicitur.



CAPUT VII.

Ubi igitur locatum est uteri orificium?

In medio mulieris finu, quod ipsum inmembranaceum, nervosum, intestinorum maximo simile; interne quidem capacius, externe vero angustius est; Virisque congressum, mulieribus vero veneris usum concedit.

CAPUT VIII.

Quantum distat et retro abscedit?

Non indiscriminatim omnibus æqualiter; pro differentiâ nempe facultatis.

CAPUT IX.

Ipsum uteri orificium quale est?

Virginibus adhucdum in virginitate constitutis, ante partum, carnosum & pulposum est, mulieribus vero, quæ jam pepererunt, callosum & magis amplum.

CAPUT X.

Clausis cujus est capacitatis?

Uti foris extima pars auris apparet.

CAPUT XI.

Testiculi (ovaria) mulierum ubi siti sunt?

Prope cervicem uterque ex utraque parte locatus est: suntque quodammodo rotundi, ad proprias bases latiores simul & graciliores, & a poro excretorio, unde mulieres semen emittunt, protensi. Eorum situs est ad proximas laterales uteri partes, & dum uterque ad pudendi labia pervenerit, prope vesicæ cervicem conjugantur.

CAPUT XII.


De purgatione muliebri?

Purgatio foetus in utero concepti alimonia est, & partus ministerio destinata. Et sanguis quidem naturaliter per uterum fertur (tribus per singulos menses præter propter diebus) qui simul sumpti in triginta dies excurrunt.

CAPUT XIII.

Unde purgatio dicta est?

Ex eo quod superfluous corporis sanguis singulo mense colligitur, in motum ducitur, &
K corpus



corpus purgatur. Unde menstruorum Etymologia.

C A P U T XIV.

Quandonam primum apparet?

Prima quidem purgatio frequentissime anno decimo quarto orditur. His quidem maturius aliis vero tardius. Ut plurimum tamen neque ante annum quadagesimum disparet, neque quinquagesimum transcendit.

C A P U T XV.

Quanto tempore sanguine purgantur mulieres?

Non æqualiter omnes, sed ratione corporis conditionis & ætatis differunt. Verum ut plurimum ad duos dies (sanguine) purgantur.

C A P U T XVI.

Quaenam sunt illae, quae maxima sanguinis copia purgantur.

Quæ vitam in otio & mollitie ducunt, nihilque operantur plus sanguinis evacuant; quæ vero quotidianis laboribus in aliquo opere occupantur, modice purgantur.

CAPUT XVII.

Quanta est evacuati sanguinis mensura?

Non semper parca. Sed a modicâ copiâ incipit purgatio, & a parcâ definit. Parcit enim ætati, & quoties augmentum corporis capiunt. Præterea, si mulier aliquo se labore exercet, ipsam simul parce purgari oportet. Aliis vero temporibus, quo aliis vitæ diutius protrahendæ impendatur.

CAPUT XVIII.

Quot diebus purgantur mulieres?

Non omnes æqualiter: Sed quædam pluribus aliæ vero paucis diebus. Verumtamen earum plurimæ tribus aut quatuor diebus purgantur.

CAPUT XIX.

Quænam illæ sunt, quæ naturaliter non purgantur?

Puellæ fane & vetulæ, atque illæ quæ frequenter & valide vocem exercent; quæ gravi morbo laboraverunt, quibus & prægnantes adnumerandæ sunt. Siquidem puellulæ non-

dum purgantur, vetulas vero ultro purgari implicat. Præterea, vocem quæ exercent, illo exercitio sanguinem absumunt. Illæ vero quæ diuturni morbi labores exantlaverunt, toto sanguine ad virium refocillationem indigent. At quæ utero gerunt, foetus ex illo ipso sanguine alunt.

C A P U T XX.

Quomodo evincimur naturaliter quasdam non purgari?

Ex eo quod integra se valetudine frui sentiant.

C A P U T XXI.

Quibus indiciis intelligimus primæ purgationis terminum advenisse?


Perfecte quidem ab anni decimi quarti ætate; dum nempe mammas turgidulas habent, sed & pondus in pubis regione cum aliquali vellicatione & pruritu sentiunt. Aliæ autem jam ante frequentius hanc evacuationem passæ etiam adventante definito purgationis die doloribus occupantur; Pondus in renum regione, & dolorem aliquando sentiunt; micturiunt

riunt, & toto corpore tensionis sensum percipiunt. Faciei rubor non quidem perpetuus, sed horarum aliquot intervallo facto denuo apparet. Quandoque cibos averfantur & nauseant. Mulierum autem commodo ob futuram conceptionem menstrua comparent, sic etenim locus aptus præparatur, in quo semen absorberi possit. Cujus rei earundem sanitas argumentum est. Verumtamen senectutem earum accelerat, & forsan ex novo partu periclitantur. Et illæ quidem quæ purgantur sanitate gaudent. Est & perseverans virginitas saluberrima. Nam iis, quæ virum noverunt, frequens veneris usus male recipitur. Sed & mulieres inde vexantur.

C A P U T XXII.

Quousque puellae virgines esse debent?

Donec apparentibus secundum naturam catameniis veneri litando aptæ sint; uterusque proprio officio fungi, & suum munus adimplere appareat.



C A P U T XXIII.

Quaenam ad concipiendum aptae sunt?

Quæ regulariter definito die purgantur, sic tamen ut sanguis, quî excernitur, purus sit & bonæ conditionis. Quæ osculum uteri e directo, & proxime situm habent. Quarumque totum corpus non durum admodum sed optime temperatum est. Si præterea cum morum simplicitate animi alacritas conjungatur.

C A P U T XXIV.

Quodnam tempus ad concipiendum idoneum?

Si absolutâ purgationis periodo mulieris animus Veneris desiderium subeat, virum admittat; eâ tamen conditione, ut prægressâ per purgans evacuatione, corpus neque ciborum nimîâ repletionem, neque penuriâ peccet. His enim sic stantibus saluberrimus erit conceptus. Neque tamen existimandum, quod corporis magnitudine, defatigatione, & effreni agitatione, intensiōneque modum excedente plus in operis perfectionem conferatur. Demonstrat brutorum congressus; qui naturali

rali ratione, necessitateque compellente peragitur.

C A P U T XXV.


Quibus indiciis noscitur mulierem concepisse?

Quoties sub congressus finem horror quidam mulierem invadit, & ipsum uteri osculum sese claudens & contrahens percipit; Neque feminis reliquiarum aliquid uteri mulieris orificium madefacit, vel parcum admodum ibidem remanet.

C A P U T XXVI.

Quaenam indicia foetum conceptum aut marem aut foemellam esse denotant?

Supponebant quidem veteres marem, si mature & athleticè in utero moveretur; ipsa vero prægnans bene colorata, & mamma dextra turgidior esset. Foemellam vero si tarde, & languide moveri inciperet; ipsa vero prægnans mali coloris & infirma esset, mammaeque sinistra tumeret. Nos autem eadem ipsa intuiti, sic se habere censemus.



C A P U T XXVII.

Quid est Kiffa?

Appetitus cibi maxime insolentis, qui tempore quodam, irregulari tamen, prægnantibus mulieribus accidit cum abundantia pravi humoris & nausæ.

C A P U T XXVIII.

Unde Kiffa nominata est?

Secundum quosdam ex eo, quod fastidium prægnantibus mulieribus creet; secundum autem alios, ab ipsa ave, cujus ut vox varia sic & plumæ versicolores sunt. Quidam autem ab helicibus vel capreolis vitium, græcis κίσσος dictis, derivaverunt, qui si quid arripuerint, multifariam implicantur.

C A P U T XXIX.

Kiffa quo mense prægnantibus accidit?

Frequentius quidem secundo mense; quibusdam vero maturius, aliis autem tardius.

C A P U T XXX.

Quamdiu detinet Kissa?

Quandoque ad ipsum partum usque Omnium quidem prægnantium morbus est Kissa, sed non omnes diu detinet, verum eas tantum, quæ humore pravo abundant.

C A P U T XXXI.


Qualis diaeta Kissa laborantibus præscribenda?

Responsio deficit.

C A P U T XXXII.

Quid ei exhibebimus?

Imperanda diei unius abstinencia. Si vero abstinere tamdiu nequeat, poterit etiam parce nutriri & per plures dies unctæ primum quidem aqua, tandem vinum offeratur. Cibos vero ficos cohibendi & adstringendi vi præditos assumat, utaturque epithematibus reprimentibus. Sed & corporis illi motus, si fieri potest, concilietur.



C A P U T XXXIII.

*Quomodo praegnantium diaeta mense septimo
instruenda.*

Deficit.

C A P U T XXXIV.

Quomodo mense octavo?

Cum omni cura & sollicitudine incedere oportet. Hoc etenim mense plurimum gravantur. Quare omnem corporis motum fortio-rem devitantes tranquillam vitam agere oportet. Sed & alimentum ipsis parce exhibendum. Præterea abdomen ipsum, si pondere justo plus gravitet fasciis sollicite deligatum sustentare decet. Tandem abdominis cutis unguento ex oleo recenti, aut oleo myrtino composito inungenda, quo firmetur, ne cum parturire incipiet, nimia tensione rupta-
patar.

C A P U T XXXV.

Nono mense quid faciendum?


Scire oportet in his, cum luxiores sint, ab-
terro versus superiores partes humores ferri,
ut

ut approximante partu ad inferiores partes dilatari valeant, quo foetus expeditiorem transitum inveniatur. Sed & his locis semien-
pium relaxans præparari debet; balneaque in
usum vocunda, & pessarin ex adipe anserino,
& medullâ cervinâ composita. Præterea in-
uncto digito uteri osculum leniter aperi-
endum, velut prægnantibus mulieribus in more
est. Verum si fieri potest, utero per hujus
depulsorii usum vis non inferatur, utpote qui
moderate potius, & tranquille degere debet,
siquidem illius vi ad effundendum foetum adi-
gi potest. Hac enim agitatione & illicio rup-
tum Chorion liquorem effundit, & ob lubrici-
tatem loci foetus præter naturam expellitur.

C A P U T XXXVI.

Quid igitur est Chorion?

Membrana sine apertura, quæ foetum &
quæ ad ipsum spectant, continet, fundoque
uteri adhæret. Dicitur autem & angion seu
vas; & secundinæ & extremæ, licet primum
rumpatur.



C A P U T XXXVII.

Unde Chorion dictum est?

A se ipso, quod sua ipsius propriâ amplitudine, ἐρυσχωρία, indicat. Vel ut alii volunt, quod ex multis sit compositum, velut chorus pluribus canentibus.

C A P U T XXXVIII.

Unde Angion dictum est?

Quod in ipso foetus contineatur, in eoque velut in vase volutetur.

C A P U T XXXIX.

Sed cur et secundinae nominatum est?

Ex eo quod foetus primum excidat, & sic illæ secundinae prodeant. Etenim & prægnans inde dicta est, quod primum rumpatur.

C A P U T XL.

E quibusnam componitur Chorion?

E nervis, venis, arteriis & carnibus. Est vero coloris atrorubentis, utri simile.

C A P U T XLI.

Quibusnam ex partibus componitur foetus umbilicus?

E quinque: duabus nempe venis & totidem arteriis, quarum ope pars sanguinis nutritiva foetui subministratur. Insertionis autem ejus locus *κενέων* dicitur, quod foetus lumbum (abdomen) cum chorio jungat, quo mediante foetus umbilicus in utero continetur.

C A P U T XLII.

Quid est membrana amnios?

Tunica totum corpus circumplexa & adhærens, quæ licet frequentius intus integra habeatur, aliquando tamen consumitur, ita ut non per totum corpus appareat.

C A P U T XLIII.

Quae sunt signa abortum praecedentia?

Quando ante legitimum pariendi tempus subito & sine ratione mammae graciliores evadunt; praeterea frigus & pondus in renum regione adest, liquor varius effunditur, & tandem thrombus apparet cum omnimodâ horripilatione. Quidam non omnem promiscue medelam adhibendam volunt, donec naturæ beneficio ad sanitatem redierint, ne pereat foetus. Alii autem abortivis utendum censent, quæ neque adulteris, neque lucri causâ admoveant. Si vero callosam carnis excrescentiam, aut aliud impedimentum in uteri orificio habuerit mulier, & sic conceperit; fatius quod concepit abortivo depellatur. Tales enim cum partus dies advenerit, foetu perperam exitum moliente, moriuntur; parturientem enim periclitari necesse est.

C A P U T XLIV.

Quaenam sunt instantis partus signa?


Si septimo, nono, aut decimo mense pre-
gnan-

gnantem non solum renum dolor, cum ardoris sensu, sed & inguinum & lumborum adoriatur. Sed & uteri ipsius, interiorisque partis descensus fiat, orificiumque aperiatur, & mador adfit. Dum vero jam partus præforibus est, partes superiores graciliores evadunt, expandunturque inferiores circa pubem & inguina cum frequenti mejendi desiderio; immissoque in orificium uteri digito, chorion ovi magnitudine protuberans invenitur, humorque effertur primum quidem lentus, paulo post vero plurimus, & sanguinolentus.

C A P U T XLV.

Quomodo distingues dolorem ab inflammatione ortum ab eo, qui instante partu accidit?

Quod dolor ab inflammatione ortus cum stricturâ & siccitate orificii uteri reperitur.



C A P U T XLVI.

Quaenam sunt praeparanda ad partum requisita?

Oleum sane calidum, fomentationes, spongiæ molles, lanæ mundæ, fasciæ, cervicalia, odoramentaue analeptica, & sedile obstetricium, cathedræ simile. Lecti duo, locusque partui commodissimus.

C A P U T XLVII.

Quale est sedile obstetricium?

Consulari fedi simile, in quo sic sedet, ut sub sexu habeat foramen in lunæ formam excisum, ut illac foetus excidere possit.

C A P U T XLVIII.

Lecti duo ad quid necessarii?

Alter quidem dure stratus est, in quo locare parturientem debemus. Sæpe enim & decumbentes pariunt. In eum vero, qui mollior stratus est, parturientem post exantlato labores collocabimus.

C A P U T XLIX.

Quomodo collocanda est parturiens?

Supinam eam in lecto, qui dure stratus est, diductis ibidem cruribus, & divaricatis locando. Cum vero chorion ad ovi magnitudinem in orificio uteri protuberans invenerimus, eam in sedile transferemus. Si vero sic locata defatigatur, ita ut parere ibi non possit, in lecto parturire debebit. Ubi vero sedile obstetricium non habetur, non concedente mulieris facultate, alterius mulieris insidens femoribus strenue detineatur, ut ibidem pariat.

C A P U T L.

Quid antequam parturiens in sedili firmetur faciendum est?

Omnes illos partus dolores, omnis generis actu calidis fovere oportet, oleo nempe calido, & lanis sordidis, ipsaque loca irrigare. Jubebat quidem antiquitas, ut ambularent, aqua perfunderentur, & cibos assumerent. Nos autem non ita hæc fieri consulimus, eo quod deambulatio foetum jam modo vix non

prodeuntem expellat, & uterum excutiat. Perfusio autem & vires minuat, mulierisque corporis coctionem refrigeret. Cibi autem stante refrigeratione exhibiti non adeo alunt, ut potius corrumpantur.

C A P U T LI.

Ministrantes praeter obstetricem, mulieres quot requiruntur?

Necessario tres, quarum binæ a dextrâ & sinistra parte stare debent, quibus accumbere parturiens possit. Tertia autem ipsius dorsum apprehendens firmum tenebit, ne ingruentibus partus doloribus se in latûs inclinet. Ipsam simul adhortabuntur, ut partus dolores strenue sustineat.

C A P U T LII.

Obstetrix ubi et quomodo sedere debet?

Strenue sane præcincta: & si quidem in Lecto partus perficitur, in sede paulo humiliori sedebit obstetrix, sic ut manuum officia nihil moretur. Si vero in sedili locata fuerit parturiens, humilior in depressiori sede sedebit obstetrix, ut e superioribus locis

cis foetum facile adducere possit; Et aliquantulum diductis propriis pedibus depressius simul ipsam esse oportet, ut propriam faciem retro avertere non impediatur, ne (a pariente) spectata, præ pudore uteri orificium contrahatur. Dein omnium primo vinculis & capillis solutis, quod propter expeditiorem motum fieri solet, digito manus sinistrae oleo inuncto uteri orificium sensim dilatans aperiet, ut chorion illac prorumpere possit. Omnes vero illæ quæ parturienti assistunt adhortari eam sermonibus debent, rogareque illam, ne ejulet, sed omnem ejulatum & spiritum versus inferiora dirigat, quo sic partum promoveat. Cum vero partus dolores urgent, jubere debet ut aliæ mulieres retro ipsam tenentes cum linteis manus ejus firment, ne propriis conatibus se ipsam devolvat. Si vero chorion diutius imperruptum manserit, ipsum unguibus dilacerare oportet, & immixtis sensim digitis dilatare. Caveri tamen simul debet, ne justo plus digitis referetur, ne scilicet foetus subito excidat. Si vero ne sic; orificium uteri sic apertum fervet, donec foetus caput & collum sine quassatione exeant. Naturaliter (sponte) enim orificium aperitur. Prodeuntibus tamen femoribus, hæc appre-

hendere obstetrix debet, illæsaque educere, attendendo ad uteri spontaneam refectionem. Illi autem vim, cum sponte se contraxerit, inferre non debet, ne inflammatione aut hæmorrhagiâ uteri læsio consequatur. Assistentes vero lateri ministræ conduplicatis manibus versus inferiora abdomen propellent. Dum autem foetus exire coeperit, obstetrix manibus linteo munitis, ipsum summa qua poterit pietate excipiet, sollicita quam maxime, ut cum secundinis exeat.

C A P U T LIII.

Posito vero casu quod secundinarum pars quaedam intus remaneat q uid faciendum?

Si uteri orificium adhuc apertum est, statim obstetrix manum finistram intromittat, & quas demum cunque partes ejus invenerit, apprehendat. Et si quidem fundo non adhæreant, educat; quo tamen in casu, & proprii parturientis conatus commodi sunt. Si vero ab utero detineantur, leniter hinc inde moveat. Has tamen, nisi incommode locata magis distent, uterus ipse excludet. Quod si non obstante morantur, porrecto alii mulieri infante, ipsa (obstetrix) umbilicum rescindet.

Si

Si tandem contractum fuerit orificium, ita ut neque manum admittat, neque secundinæ ipsæ prodire possint, utatur omnibus liquoribus & injectionibus, quibus in uteri inflammatione uti solemus, Hac enim accuratione, relaxatâ omni stricturâ, si quid intus remanserit, excidet.

C A P U T LIV.

Veteres quænam in secundinarum retentione exhibuerunt?

Sternutatoria: scalasque adhibuerunt suspensorias, & potionibus ad expellendum idoneis usi sunt. Sed & suffumigia supposuerunt, & pessaria quibus sanguinem promoverent. præterea pondera ipsi chorio appenderunt; quæ nos omnia reprobamus, eo quod partes ipsas inflammare, & præsentem, sine morâ, hæmorrhagiam producere possint.

C A P U T LV.

Puerpera, absoluto partu, quomodo degere debet?

Deterfis spongiâ partibus transferatur in lectum, in cubiculo dubie lucido, situm, duc-

ductis non nihil femoribus, ut si quid forte prodire coeperit, non impediatur. Sed & partes ipsæ linteo cooperiantur, sic tamen ut crebro ibi mutantur. Sed & pubem & abdomen lanis mundis contegere oportet. Et si quidem partus sine notabili læsione peractus fuerit, oleo recenti, cui vini parum admixtum fuerit, eas ipsas partes irrigare oportet. Si vero laboriosus partus præcesserit, oleo dulci & tepido hæc omnia fient. Per biduum deinde a cibis abstinere debet. Tertio vero die per femienpia tepida & innuentionem illam curare oportet. Sed & aqua tepidâ faciem ejus fovebis. Cibos simplices, id est panem, aquam, obsonia, & ova forbilia illi appones, curabisque illam refocillari. Die autem septimo, nullis occurrentibus querelis, balneo, cibo vario, vino parco multa aquâ temperato uti poterit.

C A P U T LVI.

Quomodo novimus sufficientem a partu manasse purgationem?

Eo quod primo sanguis purus et copiosus, secundo foeculentus & parcior, tandem purulentus fluxerit.

C A P U T LVII.

*Si vero a conatu et tensione magis urgentibus
dilacerationes in partu fiant; quid facto
opus?*

Præterlapsis aliquot a partu diebus unguenta e cerâ & oleo rosarum, lithargyrio, cerussa, & alumine composita imponimus, & ipsam deligamus.

C A P U T LVIII.

*Quomodo mammae, affluente a partu copioso
lacte, tensione, dolore gravante, et inflammatione laborantes curantur et mitigantur?*

Imponere primùm debemus, quæ moderate reprimere valeant, id est spongas molles oxycrato imprægnatas, vel Panem oxycrato irrigatum, quem cum palmulis conterimus.

C A P U T LIX.

De cohibendo lacte.

Si vero lac cohibere volueris, herbam Psyllium, coriandrum viride, uvam omphacinam
mi-

minutim contritam linteolis (impones) aut unguento admiscebis.

C A P U T LX,

De mammarum inflammatione.

Si vero mammarum increfcat inflammatio, ea adhibenda, quæ ipsas relaxare valeant. Ita profecto conducent foetus ex oleo calido, aut aquâ calidâ; & cataplasma e succis. Verum & emplastrum e feminibus, atque in declinatione unguentum.

C A P U T LXI.

Si vero parturiens ipsa lactare possit, quid faciendum?

Uti superius innuimus; rite omnibus, & decenter utatur.

C A P U T LXII.

Si vero alia lactaverit, quo modo lac puerperae suppressimus?

Iapidem tunc pyritem minutissime contritum unguento admiscebimus, sensimque mammas ipsas fasciis arctius deligare incipimus

mus, ea tamen devitantes, quæ præcipiebat antiquitas, muriam nempe, cuminum, strobilos, alumen scissile & héderam; quæ omnia propriâ acrimonia inflammationis incrementum duplo majus efficere queunt. Siquidem relaxantia medicamenta mammarum tumori amica sunt.

C A P U T LXIII.

E quibus indiciis conjicimus infantem aptum esse ut nutriatur (vel vitalem fore).

Ex eo, quod ea, quæ illum utero gestavit, per totos menses sana vixerit; quodque vitali mense natus sit, quodque præterea ipse pusio omni sit ex parte integer, omnesque corporis meatus & ductus apertos habeat; quod tandem statim a nativitate vocem firmam, maxime punctus, aut digitis leniter vellicatus, edat, Hæc enim omnia sensibus eum integris pollere testantur, atque completo tempore natum esse demonstrant.

C A P U T LXIV.

Quibus mensibus vitales nascuntur?

Maxime quidem nono & decimo mense; Secundi ordine veniunt septimestres. Unde octavo mense nati difficulter quidam evadere solent.

C A P U T LXV.

Quando et quomodo refecandus est umbilicus?

Postquam paululum infans nostro in aere quieverit, quatuor digitorum ab abdomine distantia forfice vel cultro acutissimo secandus erit. Neque veterum assentiri velim præjudicio, qui instrumento vel ligneo, vel vitreo, aut calamo acutissimo, aut panis duro cortice illum refecabant. Dein cum illum discideris, cruorem, qui in illo compactus remanserat, exsiccabis; & lanâ in filum ductâ, aut linamento deligabis, ne superveniente hæmorrhagiâ periclitetur infans. Sed eâdem ipsâ horâ, quâ natus est, ex utraque parte deligetur, sicque per medium fecetur, ne quæ peperit ipsa, hæmorrhagiam sustineat.

C A P U T LXVI.

Quibusnam respergitur aut lavatur infans?

Veteres quidem muriâ ipsum abluebant. Alii vero gallarum aut myrtorum pulvere. Nos autem caute illis sal & aphronitrum in pulverem redacta inspergimus; Siquidem prædictæ species proprio suo odore illum affligunt. Neque stringi multum fasciis infans debet, a tali enim constrictione male se habet.

C A P U T LXVII.

Qua adhibita cautelâ illos pulveres infanti applicabimus.

Si videlicet valde tener est infans, admisto melle aut oleo, aut succo fœnugræci totum ipsius corpusculum delinimus, aut inungimus, adhibitâ tamen cautelâ, ne vel in os, vel oculos ipsius ejus linimenti quidquam incidat. Exinde abluere ipsum, & aquâ perfundere calidâ aportet. Immissis autem naribus & ori digitis purgari omnia aportet, oleumque infantis oculis instillari. Tandem inducto in infantis anum auriculari digito purgamenta inde educere oportet; & umbilicus lanâ de-

li.

ligatus reclinandus in medium, & linteolo oleo imprægnato cooperiendus.

C A P U T LXVIII.

Quomodo fasciabimus infantem?

Supponentes propriis ejus femoribus fasciam e lanâ mundam & latam, ejusque longitudinis, ut partes omnes involvere queat, sic tamen ut primo graciliores partes devinciantur, & primùm quidem laxius stringantur; Iunctis lateri brachiis, eâ tamen cautela, ut lanæ flocci interponantur, ne ossium protuberantiis sugillantur. Dein latiori fasciâ totum corpus deligare oportet. Verumtamen & caput ipsum linteolo aut lanâ mundissimâ cooperiemus.

C A P U T LXIX.

Ubinam collocare oportet infantem?

In loco sane mediocriter calido, neque multum lucido, sic tamen ut nihil ibidem odoris nares feriat. Lectus ejus molliter quidem, non admodum tamen, stratus sit, ne diutius decumbens infans Spinam vel collum distorqueat

queat. Sic molliuscule firmato capite jacere debet infans.

C A P U T LXX.

Quandonam porrigendum est infanti alimentum?

Dum, post omnem, quem sustinuit motum, turbæ fuerint compositæ; Id est post octo vel decem horas.

C A P U T LXXI.

Quodnam primò alimentum capere debet infans?

Tale alimentum capiat, quod stomachum ventremque ejus purgare, ipsum simul alere valeat, id est mel mediocriter coctum; si enim crudum illud fuerit austerum erit & flatulentum; si vero coctum magis, alvum cohibet.

C A P U T LXXII.

Quomodo mel porrigemus infanti?

Proprio digito Nutrix os ejus illiniet, aut
mul-

mulsum tepidum instillabit, & sic tandem ad lactis usum transibit.

C A P U T LXXIII.

An Lac maternum aut alienum infanti a partu exhiberi debet?

Lac maternum non est commodum; sed alienum; quare non maternum sed alienum lac porrigi debet. Ob prægressos enim partus labores & purgationem lac maternum spissum est & crudum.

C A P U T LXXIV.

Quodnam igitur lac qualitate bonum dici potest?

Illud profecto quod mediocriter album nec subpallidum nec gypso simile, neque subacidum est; sed mediocriter caseosum, ita ut instillatum levissime se in latitudinem diffundat, nec diffuat tamen. Quod ab hoc differentiâ cum substantiæ tum coloris distat, malam lactis qualitatem denotat.

C A R U T LXXV.

An materno lacte nutriendus est infans?

Amicum magis est lac maternum lacte nutricis. A Matre igitur lactari infans potest, præcipue si per restitutam a partu valetudinem liceat. Plenius tamen a nutrice nutritur. Una enim nutrix binis alumnis alimentum sufficiens subministrat.

C A P U T LXXVI.

Quaenam igitur nutrix infanti nutriendo idonea est?

Quæ pubes est; quæ bis jam peperit. Sit præterea proprii corporis speciosus color, latumque pectus habeat. Ipsæ autem mammæ salientes sint & prominulæ, parvæ non nihil; neque papillas admodum magnas habeant, neque rursus raras & exiles. Sit præterea, animi dotes quod spectat, perspicax & moribus integra, infantem quæ diligere possit, nec irâ unquam commoveatur; Sique fieri potest græca sit & munda,

C A P U T LXXVII.

Quomodo instruenda erit nutricis diacta?

Recepto modo, quo nempe nutriri promiscue omnes homines solent, ut sani esse valeant. Necessarium tamen est ut exerceatur corpus; sufficiensque alimentum capiat; ebrietatem vero & indigestionem devitet. Omni autem exercitiorum genere exerceatur, speciatim vero eo, quo partes superiores, brachia præsertim, exercentur, quo lac copiosius & coctum ad mammas appellat. Et, si fieri potest, cum proprio viro ne communicet quidem, ne illicitur veneris usu menstruus fluxus, quo superveniente lac disparet, ejusque rivuli exsiccantur. Primis vero diebus, quibus lactare incipit, cibos capiat molles, & aquam bibat, ne spissius lac infantis recenter nati angustas fauces cum difficultate præterlabatur. Quemadmodum vero infans præterlabentibus diebus & mensibus firmatur, sic & ipsa firmiores cibos assumere incipiet. Primo igitur conditum bibat, cui dein & vinum admiscebit, cum nempe jam horum coctionem pusio sine noxa feret.

C A P U T LXXVIII.

Quomodo dicis ab initio infantem infirmari?

Procul dubio si nutrix ejus vinum copiosum bibat; Cum enim neque matrem totos menses vinum bibentem bene tulerit, licet, cum ejus utero gestaretur, uterus ea quæ ipsi subministrarentur promovendæ coctionis gratia elaboraret, sicque coctum illum ipsum lacteum liquorem affunderet. Nunc autem a propriâ substantiâ divulsus est infans, cui non tantum virium suppetit, ut oblata difficillimæ digestionis subigere possit. Pomi adinstar: Hoc quamdiu arboris utero adhæserit, irruentes facile sustinet tempestates; separatum vero ab arbore, & propria substantia orbatum, minimâ afflante aurâ manifeste affligitur & languet.

C A P U T LXXIX.

Quaenam exercitia in commodum infantis a nutrice fieri possunt?

Tritura in mortario exerceatur, aut cum aliis manus conserat. Pastam præterea & farinam præparet, lectum sternat & aquam portet.

C A P U T LXXX.

Quid faciendum si lac nutricis pravam fuerit.

Alius nutricis lac assumito, quæ si haberi nequeat, lactantis ipsius humorum temperaturæ assuescat.

C A P U T LXXXI.


Quid facient illae quibus lac disparet?

Deficit.

C A P U T LXXXII.

Quaenam exhibent veteres, ut lac mulieribus abundet?

Iubent ut omnis generis animalium mammas edant. Vermium, qui ligna corrodunt, recens exustorum, aut vespertilionum cineres cum vino propinant; vel iisdem cum aquâ lævigatis mammas earum illiniunt: quæ nos omnia reprobamus. Si enim illa diætæ simplicitate (lac) disparet; inde fit, quod ventriculus alimenta corrumpere incipiat; minus ergo nutrito corpore, multo minus lactis generant.



C A P U T LXXXIII.

Quid illis, quae iac justo copiosius, aut crassum generant, faciendum?

Hæ, ut lactis abundantia minuatur, exercitiis & laboribus validissimis uti debent. Si vero spissum valde est, alimenta parci nutrimenti capiant, non siccae tamen qualitatis, aquam simul bibant, quotidianisque balneis utantur.

C A P U T LXXXIV.

Ob quam rationem nutrici alimenta acrida et salsa non concedenda?

Deficit.

C A P U T LXXXV.

Qua ergo diaeta uti debet, quae lac corruptum habet?

Cibos boni facileque digerendi succi assumat; sed & ad hypochondria attendatur, si hæc forte non coquant, aut forte viro utantur; potusque quosdam assumant, qui malam humorum qualitatem corrigere valeant, ut simul & lac bonam qualitatem adipiscatur.

C A P U T LXXXVI.

Quomodo medebimur iis, quae lac aquosum habent?

Rarus fit iis balnei usus, & vinum bibant. Frequenter cibum assumant, eum vero maxime, qui solidus sit & nutriens, uti sunt obsonia sicca. Ova simul indurata & frixa, carnesque suillas & caprinas comedant.

C A P U T LXXXVII.

Quoties indies balneo immittetur infans?

Semel quidem erit balneo immergendus, & urgente necessitate quadam etiam bis in die. A frequenti enim balneo corpus liquefit.

C A P U T LXXXVIII.

Quis locus balneo infantis destinandus?

Obscurus & temperate calidus; vitabiturque pro hac operatione frigidus, vel ultra modum calidus.

C A P U T LXXXIX.

Quomodo disponendum est lavacrum?

Sedere debet obstetrix, junctisque genubus; linteo femori us injecto infantem excipiet, demptisque fasciis, oleo illum tepido innunget. Injectæque in pelvim aquæ calidæ, limpidæ, odoreque carenti temperatum caloris gradum conciliabit; exinde sinistrâ suâ manu infantem sub axillâ sinistrâ sic tenebit, ut illius thorax suo cubito incumbat. Deinde demergens illum leviter in aquam dorsum ejus primum fovebit; tandem supine inverso partes etiam illas aquæ immerget, ut omnes tam colli quam axillarum fordes sollicitè abstergantur. Immo postea in os infantis digito salivas ejus auferet. Sed & linguam ejus & gingivas molliter fricabit. Deinde suspensâ manu versus pubem (ventrem) premat, quo ille sui officii admoneatur. Verum cum corpus ejus aliquantulum calefactum sufficienter ablutum & sublevatum viderit, aquæ de novo ipsum egelidæ immergere oportet, ut sic sensim infans aquæ frigidæ usui assuescere possit.

C A P U T XC.

*Quare post balneum sursum sublatis Infantis
pedum plantis caput infra pendet?*

Ideo, ut hac declivitate omnes articulorum
juncturæ extendantur. Cum enim sic spi-
na spatium manifestum accipiat, illæ (junc-
turæ) commodissimo spatio committuntur, sic
ut sibi impedimento esse non possint.

C A P U T XCI.

Quomodo ungere infantes oportet?

Primo quidem prone decumbentes, deinde
etiam supinos, substrato tamen prius propriis
femoribus linteo, sic ut sub totius corporis
inunctione partes modo extendantur, modo
inflectantur. Simul pedes singulasque partes
sic confingere oportet, ut, quæ incurvata
esse debent, premantur. quæ gracilia esse o-
portet, coarctentur, & quæ tandem protu-
berantia, educantur. Simul oculos ipsos pro-
priis digitis leviter perfricare debet; caput
ejus in rotundam formam configurare, genu-
um rotulas in motum ducere, deinde totum
corpus extendere & remittere, omnesque
par-

partes ad proprias functiones peragendas instaurare.

C A P U T XCII.

Ob quam causam oleo infantis oculi obliniuntur?

Ideo ut tunicæ, quæ tunc (quodammodo) immobiles sunt, relaxentur & abstergantur, quo sit illis integra visus facultas.

C A P U T XCIII.

Cur post balneum infantis aures et nares ejus exsiccari jubemus?

Ne forte, cum tener adhuc sit infans, remanente in auribus ejus liquore, meatus refrigerentur & infirmentur.

C A P U T XCIV.

Post quantum a balneo temporis spatium erit uberibus admovendus infans?

Post non longum: cum scilicet omnes a balneo turbæ compositæ fuerint. Si autem citius admoveatur, lac corrumpitur nec nutrit. Quin & ipsa nutrix, si balneum non coxerit prius,

prius, sed sic ubera præbuerit, infanti nocet. Melius igitur est, si balneum digerat, & resiccatis sic prius mammis, infantem admoveat.

C A P U T XCV.

Quomodo ubera praeberere debet?

Manibus apprehensum infantem utrivis lateri admoveere, & ad utramque mamam convertere oportet, sic ut quodammodo manum dextram infans ad sinistram liberam habeat, & utrique mammae admoveatur. Dein ori ejus immittam papillam teneat, & quodammodo latenter premat, ne laboriosa fiat infanti suctio.

C A P U T XCVI.

Quid post somnum nutricem facere oportet.

Deambulare non nihil debet & mammas fricare, ut inspissatum a somno lac solvatur; & sic infantem uberibus admoveat.

C A P U T XCVII.

Quoties lactare infantem intra diem debet?

Sœpius quidem, cum unicâ vice, quantum illi sufficit, capere non possit infans; Si enim diutius suxerit, defatigatur; & bono lacte brevi exsatiatur. Definitus nullus alius hic modus; Sed, cum videris fugere omnino eum velle, mammis eum admoveto, sic tamen, ut neque ante balneum, neque post idem unquam illi præbeantur ubera.

C A P U T XCVIII.

Quid mali accidit infantibus, si ante vel ipso in balneo sugant?

Male mulctantur infantes ante vel ipso in balneo uberibus admoti; Ipsos enim multis variisque morbis corripere necesse est.

C A P U T XCIX.

Quibus indiciis novimus infanti alimentum præbendum esse?

Tunc quidem cum hypochondria ejus cava vel collapsa fuerint; sed tantum simul temporis præterfluxerit, ut alimentum capere possit.

fit. Os præterea aperiet, labiaque continuo movebit. Et si digitum intra labia ejus moveris, ipsa premet, & cum quodam murmurante vagitu fuget.

C A P U T C.

Quomodo distinguemus infantem non adeo ob alimenti penuriam, quam alias ob causas ejulare?

Præcipue fasciam perscrutantes utrumne adstricta magis est, vel forte decumbens infans pedem aut manum contorserit, vel sit, quod eum pungat; vel forte etiam ob alimentum vel lac copiosius assumptum vagiat. Inquirere præterea oportet an non majori stragulorum pondere molestetur, vel contra tenuioribus coopertus jaceat; vel solis ardoribus aduratur. Si enim a re quapiam punctus fuerit, subito ejulare incipiet. Stragula vero utrum plura vel pauciora sint ipsa inspectio vel tactus deteget; Erit enim infantis corpus vel frigidum, vel admodum calidum. Si vero ipsum alimenti vel lactis copia molestat, se hinc inde iactabit, & præcordia elata habebit. Sin ipsum solis ardor adusserit, cum respirationis difficultate rubebit. Hæc tamen
 si

si perseveraverint, morbus est; lac assumere non valebit, & corpus contabescet. His igitur ex signis, omnia, quæ ad eum spectant, erui possunt, & medela afferri.

C A P U T C I.

Quid faciemus si post lactationem continuo ejulat?

Dandus est nutrici, quæ ipsum [majoris cujusdam strepitus sono & blanditiis placet. Absit vero ut illum unquam modo quoquam terrefaciat. Neque etiam semper aut statim illi ob omnem vagitum lac propinari debet, sed moram facere. Si vero nutrici admoti (infantes) ejusmodi ejulatibus exerceantur, & lacte inundentur, ipse ductus galactophorus amplior est.

C A P U T C I I.

Cum obdormiverit infans, ubi collocandus est?

In cunis stratis aut lecto, obvelatâ tamen facie, ut neque a majori lucis, aut aeris impressione lædatur, aut teneros adhucdum oculos pervertat.

C A P U T CIII.

Quandonam gestandus est infans?

Ante cibum; sic ut nunquam post alimentum sumptum gestetur, ne forte vomitus accidat.

C A P U T CIV.

Quomodo et ob quam rationem bajulandus est infans?

Cunæ sint eo modo penfiles, ut facile & leviter in motum duci queant; ipsæ nempe solæ mobiles, basibus duabus firmis innixæ, quo hinc inde vertantur & moveantur; ita ut infans, cum in cunis fuerit, nutricis manu quodammodo ambulare discat. Peraçto vero anni tempore vel in sedili aut curriculo commode bajulabitur.

C A P U T CV.

Post quot dies decidere solet infantis umbilicus?

Post tres aut quatuor dies: quamdiu vero adhæret plumbi usti pulvere commode curatur.

CAPUT CVI.

*Quomodo exactam umbilico configurationem
conciliamus?*

Bullam plumbeam ad denarii similitudinem effingentes imponimus, quæ ipsum proprio suo pondere concavum efficere queat.

CAPUT CVII.

Ad quod tempus fasciandus est infans?

Secundum quosdam ad dies quadraginta; secundum vero alios ad sexaginta. Nos autem tamdiu illum fasciis ligandum censemus, donec integro proprio corpore compactus sit & firmus; quod quidem illis qui bono cum colore nati sunt citius evenire solet, tardius vero infirmis. Neque vero omnes simul fascias detrahimus, sed sensim & per partes. Si etenim simul & semel totum corpus nudaverimus, lædetur illa novitate infans & infirmabitur.

C A P U T CVIII.

Quas primum infantis partes solvimus?

Manus: præterlapsis tamen aliquot diebus & pedes. Ex ipsis vero manibus dextram primum emancipamus, sic ut libertate donata proprio motu exerceatur. Posthâc tandem & sinistram solvimus.

C A P U T CIX.

Quare balneum ingressurus infans primum fasciis liberari debet?

Ut solutis omnibus vinculis illius habitus magis firmetur.

C A P U T CX.

Quandonam et quomodo ad sedendum instituendus est infans?

Tunc, cum sæpius seipsum, ut deambulet, ad sedendum erigit. (Hac tamen cum cautelâ) ut ipsum circum circa stragulis circumdes & munias, quibus fulcire se possit; neve ab initio diutius sedeat.

C A P U T CXI.

Quomodo ad deambulandum instituendus est infans?

Extremitatibus quatuor innixus; projectis videlicet coram eo rebus quibusdam, versus quas incedere cupiat; sicque exerceatur.

C A P U T CXII.


Quandonam ad deambulandum instituendus est infans?

Cum annum integrum compleverit, sic ut stare jam possit; erigendus est ad parietem; vel imponatur sedili, cujus pedes rotulis muniti sint, ut ejus progressu infans gressus fingere & ambulare discat.

C A P U T CXIII.

Quandonam ablactandus est infans?

Post annum & sex menses, vel duobus annis completis, cum jam dentes plus satis firmi fuerint, quo solida alimenta non solum dividere, sed simul exactius comedere possit.



C A P U T CXIV.

Quanam methodo ablactabimus infantem?

Ab aliquot retro diebus sensim incipientes cibos illi apponere, raroque eum uberibus admove-
re; sic tandem lac illi omnino denega-
bimus. Qui autem amaris illinire mammas
solent, nobis non placent.

C A P U T CXV.

Quem primo cibum infanti porrigere debemus?

Micas panis melicrato, condito, aut lacte
imprægnatas, aut alicæ succum, vel obsonium
e tritico.

C A P U T CXVI.

Qualem illi potum dabimus?

Vinum quandoque; aquam vero frequenter
in vase vitreo in papillæ formam conficito &
perforato. Quæ vasis species ruricolis Sta-
phylis aut *πατζυαριον* nominatur.

C A P U T CXVII.

Quandonam dentes emittere incipit infans?

Primò quidem a septimo mense dentes prodire incipiunt, sed non pariter omnibus,

C A P U T CXVIII.

Quaenam sunt primae dentitionis signa?

Pruritus gingivarum aderit, maxillarum ardor, & in cervice nervorum dolor. Unde frequentius sanguinolentus humor ex ore vel auribus prodire solet.]

C A P U T CXIX.

Quibus auxiliis utendum, ne cum dolore et tormine dentes emittant infantes?

A quinto mense incipiendo gingivæ eorum oleo dulci, adipe recenti gallinæ, & leporis Cerebro frequentius perfricandæ sunt. Ultimo tandem melle mediocriter cocto ipsas illinies. Cum emicuerit inflammatio fomentis & cataplasmatibus utere: cavendo tamen, ne nutrix ejus vinum bibat, sed parco alimento utatur.

C A P U T CXX.

Quibus auxiliis inflammationem faucium infantum oppugnabimus?

Iis fane omnibus quæ relaxare valent, uti sunt mel mediocriter coctum, melicratum, ptisanæ succus & his similia, quæ nempe oris & linguæ ulcera maxime leniunt. Frequentius simul ex melle decenter cocto, cum nido hirundinum lævigato, addita decocti parcissimâ quantitate linimentum paratur, & gulæ inducitur. Sin cum siccitate augeatur, cataplasmate utimur. Si vero cum humorum excessu increverit, auxilia reprimentia in usum vocantur, id est cortices granatorum, lentesque cum melle lævigatas imponimus. Interna vero ulcera mediante anthera curamus; vel floribus rosarum folis, vel cum ligustro utimur; ut in quadam rheumatis specie jam exposuimus. Præterea diamoro, diacodio & succo plantaginis cum melle cocto.

CAPUT CXXI.

*Adversus pruritus, exanthemata et phlyctæ-
nas quid tentare oportet?*

Fomentationes ex aquâ calidâ & inunctiones ex oleo, in quo ceræ parum fit dissolutum. Sin exanthemata & phlyctænæ cum ulceribus humidis compareant, utimur iis omnibus, quæ reprimendi & exsiccandi virtute sunt prædita. Post balneum igitur perfundimus eos aquâ calidâ, in qua decoctæ sint rosæ, juncus odoratus, agriosycamina, myrtus & mali granati cortices. Cataplasmatibus simul admiscemus plantaginis, intybi, portulacæ & uvæ omphacinæ folia; Illinimusque oleo rosaceo aut myrtino cui adjecta sunt cerusa; lithargyrium, & alumen scissile.

CAPUT CXXII.

Sonitus aurium et stridorem dentium quomodo curare oportet?

Sonitus aurium & oris strepitus, qui ab humore oriuntur sic curandi sunt. Infanti nempe sæpe melicratum, in quo mel parcum incoctum fuerit, damus.

C A P U T CXXIII.

Adversus tussim quid ei dabimus?

Linctum profecto, qui componitur
vel fluxum ventris peculiariter simul habentes, velut est uteri suffocatio, & sanguinis fluxus; licet hæc generatim prædictis illis addere.

C A P U T CXXIV.

Quinam sunt mulierum morbi, qui a stricturâ oriri solent?

Menstruorum suppressio, inflammatio uteri, tensio, tumor, induratio, & uteri suffocatio.

C A P U T CXXV.

Quinam per fluxum corporis adoriuntur?

Si quæ strangurioso modo purgatur, nec evacuatio procedit. Et ad hæc nonnihil differt, si quæ plane non purgatur, ab ea, quæ ratione suppressionis menstruorum non purgatur; quia hæ causæ morbum indicant. Nam omnino non purgari etiam secundum naturam evenire solet.

C A P U T CXXVI.

De menſtruorum ſuppreſſione.

De ſuppreſſione menſtrua purgationis, aut quotieſcunque ſtrangurioſo modo & cum dolore purgantur, ſic ſtatuimus: Multa ſunt rationes, ob quas mulieres non purgantur. Primum etenim quædam, nulla exiſtente morbi accuſatione, naturaliter non purgantur; dum [alia ætate impediuntur, uti vetulæ & puellulæ; alia autem vocis exercitio menſtruum ſanguinem conſumunt, uti ſunt cantatrices & virili corpore præditæ. Totum enim ſanguinem, qui purgationi deſtinatus erat exercitiis abſumunt, & in corporis ſubſtantiam impendunt; nihilque ſupereſt, quod uterus pro purgatione recipiat, aſſervet, & quod completo menſe purgationem ſuppeditet.

Alia vero ſunt, quæ partium vel totius corporis malâ quâdam diſpoſitione non purgantur. Totius quidem corporis, uti tenues & emaciatæ, aut præter modum pingues & craſſæ. Partium vero ratione menſtrua impediuntur, cum, velut aliquando contingit, orificium uteri clauſum, aut calloſum habent, vel ſupervenienti ibidem quoddam ulcus cicatrices

trices inducit. Prædictas vero illas causas his
indiciis detegimus. Si enim naturaliter plane
non purgatur mulier; sana, & sine ullâ cor-
poris & uteri querelâ vivet, menstrua licet
nunquam appareant. Quæ vero propter æ-
tatem non purgantur, uti sunt vetulæ & pu-
ellæ, sufficit, si interrogatæ suam simplici-
ter ætatem fateantur. Mala vero totius cor-
poris dispositio medicos non latet. Si tan-
dem uterus locale quoddam impedimentum
habuerit, ab obstetrice perquiri illud, quo
detegatur, curabis; quandoquidem illam men-
struorum purgationem quæ suum tenorem sem-
per servabat, ex eo ipso morbo non ampli-
us procedere contingit. Illas autem, quæ
propria suâ naturâ vel ætate non purgantur,
medicamentis aggredi nullo modo oportet, ne
contra naturæ intentionem operemur. Ne-
que illam, quæ propter exercitia, aut can-
tum non purgatur. Illis vero, quæ ratione
morbosæ cujusdam affectionis non purgantur;
apposite morborum illorum curam applicamus.
Si enim hymen occlusus est, orificium aperi-
mus; sin alia ibidem causa impedimento est,
inventâ auferatur. Deviantem simul a recto
ductu uterum restituas. Inflammatio in quan-
tum præstari id potest, solvatur. Quæ mor-
bo

bo laboraverunt, & extenuatæ sunt refocilentur. Admodum pingues & crassæ graciliores efficiantur. Omnium vero prædictarum morbos & signa & curationes in sequentibus peculiariter exposita, unde curare illas valeas reperies. Atque omnium primo de suppressione menstruum, ab hac etenim initium facimus. Stricturâ igitur & inflammatione in utero ortis supprimuntur aliquando menstrua, quandoque cum dolore stranguriose feruntur. Signa autem talia tunc adesse contingit: Tensio & dolor lumborum, pubis & inguinum. Adest præterea capitis dolor & cervicis, qui frequenter & oculorum basibus communicatur. Appetitus deletur, aures sonant, inflammatur cum rubore facies, plegmone simul mammarum adest, & partium muliebrium ficcitas; quæ omnia in purgationis dies concurrunt. Et hæc quidem cum prædictis signis mulieri accidere solent, quibus & dolores conjunguntur. Collocanda igitur erit in cubili moderate calido & lucido; lectoque molliter strato, cooperiendaque stragulis novis & pilosis, sicque duobus diebus nihil assumat. Loca vero illa in quibus dolorem, tensionem, & pondus sentit, omnis generis fomentis, vel linteis calidis foveantur;

tur; Sed & vesica, quæ oleum calidum continet, non repleta tamen, apposite partibus ejus imponitur. Post fomentationem vero tota illa loca linteis mundis oleo immerfis & expressis cooperiantur. Cataplasmatibus præterea cum melicrato coctione paratis ipsam obvolvemus, & adveniente tertio die, postquam illam oleo simplici inunxerimus, & aqua calida foverimus, cibum ei simplicem, & calidum porrigemus. Si vero prædicta symptomata increverint, dolorque augeatur, venæsectione potius illam secundo vel tertio die curabimus; dumque post venæsectionem vires mulier paulum recuperavit, cum oleo dulci, aquâ calidâ, aut analeptics feminibus lini, scœnu græci & raphanorum (balneum parabimus) sic ut cum eidem infederit, iidem ipsi liquores ad interiora partium penetrent. Et postquam balneum digesserit, fotam & inunctam ad cibum simplicem capiendum invitabis, id est ova forbilia, panem & aquam, & obsonia mollia. Sit autem aqua tepida: tandemque refocillata dormiat. Simul ex eo tempore, donec morbus indies medicamentorum applicatione ad declinationem vergat, plus de die in diem, si vires ejus permiserint, cibi capiat. Tertio vero a venæsectione die, in

insultu quidem doloris, augmento vero morbi cucurbitulam affigere debemus. Remittente autem dolore ipsum locum, qui in pube vel hypochondriis designatur, scarificabimus. Persistente tamen adhuc dolore, iis ipsis locis hirudines commode applicamus, & tandem sanguinem sistimus, vulneribus autem ab hirudinibus factis unguentum imponimus. Et si necessitas exigit denuo cataplasmata e prædictis ingredientibus admovemus, & spongiis succorum uno aut altero imprægnatis ipsa illa loca fovemus. Sed & olei dulcis & calidi oxybaphi mensuram (id est uncias duas cum drachmis duabus) injicimus. Adhibemus etiam pessos simplices, inter quos præcipue ille est, qui ex oleo dulci & calido paratur; sic ut intincta in hunc lana imponatur; aliquando autem & foenugræcum & mâlvam adjicimus. Præter hos paregoricos pessos alii hac methodo parantur: foenugræcum sollicitè lævigatum assumatur, sic tamen ut tantundem lino spermi, & radicis herbæ althææ recipiat; dein affusâ aqua decoquantur; cum autem spissiorē consistentiam acquisiverit liquor, adipe anserino aut gallinaceo ibidem adjecto & dissoluto, cum plumis agitentur, & sic liquor commisceatur. Sed cum copiosiore illo liquore

quore & palmæ pingues rami decoqui possunt, sic ut cum macerati fuerint, ablatis, quos exterius habent corticibus, lævigentur, & sic liquores misceantur. Sed frequentius & melilotum probe contusum, & per cribrum trajectum admiscemus, aut ipsum linteo deligatum incoquimus; sic & palmas ibi decoquimus, & ramos ipsarum contundimus. Et hæc quidem ita accuramus, ut in orbus in melius vergat. Sed & in curru ipsas collocamus, & motu exerceri jubemus. Factâ autem morbi declinatione purgatio sponte apparere solet. Transacto vero aliquali tempore in balneum deferenda erit; uteturque cibo vario, motu, exercitiis, & frictionibus; primum totius corporis, tandem etiam ipsius uteri, quæ hac methodo institui debent. Cum in semicupio federit, aut balneum ingressa fuerit, ibi mulierem cum spongiis aut lanâ ab umbilico ad loca infra posita usque, sine illatâ molestiâ, sic fricabunt, ut indies ejusdem frictionis augmentum faciant. Post semicupia autem vel balneum nunguento ex oleo fusino aut sampuchino parato partes inungent, & interne in orificium inducent. Quo autem major sit profectus pessis etiam externe applicandis uti possumus, quæ recipiant ceram, therebinti-

nam, adipem taurinum, medullam cervinam, oleumque cyprinum. Atque cum malagmate diachylo soluto pessum optimum conficies. Et leniens illud, quod a sampfucho nomen habet, commode applicatur. Ultimo tandem libianum majus. Sic tamen ut si purgationem hæc produxerint parciolem, ultimo ex oleis ipsis in vasis semicupia pares. Vel quod vero proximius per Cateona ipsas curabimus.

C A P U T CXXVII.

De uteri inflammatione.

Inflammationem uteri multæ causæ efficiunt. Quandoque enim frigus illum refrigerat. Quandoque vel a protervo labore, vel a frequenti abortu oritur; vel si obstetrix male in partu officio suo functa sit. Et erit vel totus uterus inflammatus, vel quædam ejus partes. Quotiescunque vero totus uterus inflammatus est, dolor simul ejus accedit cum duritie, siccitate & ardore; præterea lumborum, partiumque adjacentium, & inguinum gravitas adest. Pulsus vero densus & parvus reperitur; stomachus male affectus est cum opprefione aliquando pectoris. Et cum in pejus ruerit malum; singultus ipsam invadit cum dolo-

dolore cervicis & capitis nec non oculorum, maxime vero ad radices. Præterea frequentior urinæ excretio, dum interea alvus impeditur. Ipsa loca intumescunt, tendunturque cum febribus acutis, mentis alienatione & spasmo. Quotiescunque vero de molestia orificii uteri quærantur, digitumque obstetrix immittit, occlusum se contingere invenit. Accidit ut bubo illi superveniat, tensioque ad pubem pertingat. Quotiescunque vero in uteri cervice, partibus ei adnexis, aut in ipso ejus orificio tumor cum inflammatione reperitur, sic ut in consensum doloris venter trahatur; tum simul quominus ambulet impeditur mulier, simul & urinæ aut alvi retentio aderit, aut plane utriusque excretionis impedimentum. Est autem aliquando illa pars, cui colon; aliquando vero illa superior cui vesica incumbit; alias cervix mediante sua cum aliis partibus connexione, & inde deambulationis impedimentum. Si vero in basi ejus quæ dactylion (annulus) nominatur obtinet inflammatio; exinde dolor & tumor foris apparebunt, & alvus impeditur; si in lateribus; ibidem tumorem inflammatorium & dolorem invenies. Si tandem in ipso uteri fundo; dolor erit perpetuus, & tensio pondusque

que in ipsâ umbilici regione sentientur. Frequentius ipsum uteri orificium revulsum erit, dum, interne versus superiora attolletur, sic quidem, ut si illud per obstetricem examina-veris, nullam uteri accusationem esse respondeatur; dum interea totum uterum inflammatio occupat. Non solum vero in omnibus ejus partibus superius memorata accidunt, sed illis præterea omnibus quæ cum ipso connectuntur tensio communicatur. Ipsa vero abdominis integumenta, tumore inflammatorio multum invalescente, intenduntur; quod etiam nonnunquam præter omnem uteri accusationem accidit, solis nempe affectis integumentis; cum vero una eademque utriusque mali sit curatio, hæc distinguere superfluum duxi. Ut vero ea, quæ ad hujus morbi curationem pertinent, memorem, ea poterunt in usum vocari, quæ superius præscripsimus iis, quibus menstrua vel suppressa sunt, vel cum dolore procedunt. Si quidem & has in cubili mediocriter lucido, & calido decumbere præcipimus, tranquillasse, atque sic duobus diebus a cibis abstinere. Manibus interea calidis earum extremitates foveantur, lanisque cooperiantur. Sed & tertio die, si inflammatio augeatur vena
fe-

secanda erit, & semicupia in usum vocanda, nec non cataplasmata e feminibus imponenda. Quodsi persistiterit inflammatio venam in ipsa cervice scarificabimus & hirudines admovebimus. Spongiis præterea ferventibus liquoribus imprægnatis & expressis fovemus, prædictoque unguento & pessis utimur. Tandem morbo mitiore facto balneo varioque cibo, vini que potu ipsas recreamus. Si vero huic inflammationi febres simul adjunctæ fuerint, his conveniente medelâ, velut in tractatu de febribus expositum reperies, occurrimus. Ea vero omnia, quæ Antiquitas, vanâ opinione, velut inflammationi adversantia præcepit, reprobamus: id est succum uvæ omphacinæ, aut oleum rosarum, aut rutæ cum lanis fordidis impositum, vel lintea cum felini lævigati foliis. Hæc etenim propriâ sibi acrimonia inflammationem augent & nutriunt,

C A P U T CXXVIII.

De Satyriasi.

Est quidem virorum scæminarumque communis passio Satyriasis; viris tamen magis familiaris. Inde nomen Satyriasis accepit, quod
Sa.

Satyros veteres fabulæ immoderate in venere ferri scriberent. Mulierum vero Satyriasis consistit in pruritu pudendorum cum dolore, ita ut impatienter manus illuc ferant cum insatiabili virorum desiderio, deposita nempe omni pudoris verecundiâ. Si igitur hic morbus ab utero oriatur, verecundiam ejus aufert, illasque quadantenus, ut sui copiam faciant, inducet. Eandem vero curationem adhibemus, quam in suppressione menstruorum & in uteri inflammatione proposuimus.

C A P U T CXXIX.

De Suffocatione hysterica.

Suffocatio, quæ ab utero est, a græcis πνιγμός strangulatio dicitur. Ex eo igitur mulieres nominibus a πνιγμός, strangulatione desumptis nominatæ sunt. Est vero hæc suppressio spiritus seu respirationis cum omnimoda immobilitate, utero scilicet ad thoracem delato. Fit vero etiam mulieribus suffocatio eo modo, ut quasi mortuæ cadant. Oritur autem hic morbus a frequenti abortu, difficili partu, longâ viduitate, suppressione men-

menstruorum, & phlegmone uteri. Signa autem morbi sequentia sunt. Ad superiora appellens uterus Thoraci incumbit, omnem que cum privatione vocis sensum amittunt. Dentibus autem appressis strident, pedesque & manus aliquando tument; quandoque supinae jacent, & hypochondria sublimia attolluntur; expansusque thorax volumine augetur; sitæ in fronte venæ tumidiore conaspiciuntur, dum sudor frigidus per faciem, & cervicem distillat; Pulsus aut nullus aut minimus reperitur. Quandoque citissime ad se redeunt; & surgunt, quæque passæ sunt, norunt; Caput tamen dolent & cervicem, & quandoque delirant. Est hic morbus ob vocis privationem morbo lunatico (Epilepsiæ) & apoplexiæ similis; utpote quæ lethargico, & cataleptico modo obmutescunt: ab iis vero distinguitur, quod iis, quæ epilepticæ sunt aut apoplecticæ, & quæ quodammodo vermibus laborant, nulla uteri accusatio concurret, uterusque in situ sibi proprio reperiatur. Si vero uteri suffocationem patiantur, effervescent uterus, & cum ad superiora pervenerit, cadunt; ex eoque *συνπιπτεσθαι* vel deciduæ nominantur. Et sub paroxysmi finem, post spasmus, salivam copiosam profundunt, pulsum


sum majorem habent, & cum ad se redierint, totius corporis dolorem sentiunt. Quæ autem apoplecticæ sunt, & ipsæ quidem majorem pulsum habent, & præsentia mala si effugerint, paralyticæ evadunt. Hystericæ autem aut parvum, aut celerem & densum pulsum habent. Distinguntur autem ab hystericis catalepticæ & lethargicæ, quod semper febrem comitem habeant; hystericæ vero nunquam. Quæ tandem vermibus laborant, intestinorum vellicationes sentiunt, verminosorum pulsum habent, sanusque est uterus. Et hæc quidem est hystericæ passionis a congeneribus morbis distinctio. Suffocatio vero est morbus a stricture, eaque quandoque diuturna, ortus. Quare curationem sic adornavimus, ut quotiescunque primum invadit morbus, paregoricis ad moderamen redigatur. Cum autem disparuerit, frequenti vero recidivâ affectio in chronicam abiverit, per metasyncritica curabitur. Cum igitur in hunc morbum mulier inciderit, collocabitur in cubili calido & lucido, hac tamen adhibitâ cautela, ut lectisternia sub capite sublimiora sint, ut erecta quodammodo jaceat, pedibus & manibus recta extensis. Ipso eodem in morbo oculi distorqueri solent, menteque frequentius alie-

tur. Sic autem excitanda erit admovendo nempe partibus mediis fomenta, quae calorem concilient; manibusque calidis omnes extremitates foveri curabis. Sin aponia illa diutius perseveraverit, multum illi commodi cucurbitulas ficas pectini & inguinibus admovendo, procurabis; Lanis simul mundis omnes extremitates cooperiantur; osque illius quadantenus aperientes, aquam calidam instillamus; exinde melicratum adjicimus, motumque illi in lecto pensili conciliamus. Postquam vero mentis compos denuo facta fuerit, si nulla debilitas adfit, ob quam, praemissa parcâ cibi refectiione, impediatur, statim vena secanda erit, & injectionibus ex oleo factis, & femicupiis erit curanda; inunctaque tertio die cibum simplicem capiat; donecque morbus declinaverit, quotidianis cibis nutriatur; cataplasmatibus simul & fomentis curetur, nec non praedictorum applicatione. Factâ autem declinatione unguentis, & emplastris simplicibus utimur, eamque balneo, cibo vario, bonoque vino refocillamus.

Si vero frequentius hæc morbi species invadat, morbusque diuturnus fuerit, praedictam methodum, auxilia, appropriataque exercitia in usum vocamus. Dein metasyn-

cri-

critica applicamus, quæ in dropace solito, cucurbitulis metasyncriticis, insolatione, cataplasmatibus acerrimis, femicupiis, & finapismis consistunt. Si vero minor ab his profectus obtineatur, heleborum, intervallo inter singulam radicis repetitionem facto, exhibebimus. Deinde amaricantibus & aquis calidis utere, quorum præfatorum omnium rectus usus in poematice tractatu præscriptus est. Damnamus autem veterum medicorum errorem, qui omnis generis foetide olentia naribus obtrudunt, uti sunt pili usti, extinctæque lampadis odor; Sed & castoreo & resina virosisque omnis generis nares inungebant superiusque retinebant. Præterea suaveolentes pessos e nardo & styrace interne versus uterum intrudebant, quæ eâ inducti ratione faciunt, ut nempe uterus virosa illa fugiat, seque ad suaveolentia convertat. Quidam autem varios strepitus, velut cymbalorum & tympanorum sonum adhibuerunt; Alii autem eidem fundamento innixi sternutatoriis caput implentes aceto etiam acerrimo nares irrigabant. Sunt autem hæc aliena, & vaniloquis, nihilque in bonum proficientibus reliquenda. Quin visa mihi sunt nedum lectu, multo magis scriptu molesta.



C A P U T CXXX.

De tensione uteri.

Tensio uteri accidere solet cum intumescencia quadantenus durâ sub umbilico, dolore etiam ventris & sinus; hepate videlicet & stomacho in consensum raptis. Urina supprimitur, vigiliæ subsequuntur, & puncturæ accedunt. Frequentius autem hæc symptomata menstruorum eruptionem præcedere solent. Tunc enim si digitam obstetrix in orificium immittat, apertum illud reperiet. Eadem vero hic curatione utimur; atque pro uteri inflammatione præscripfimus.

C A P U T CXXXI.

De oedemate uteri.

Oedema uteri a refrigeratione, abortu, difficili partu, aut thrombo sanguinis, in orificio hærente, oritur. Ea autem est uteri intumescencia, ut & ipse venter intumescat. Cedit autem tumor digitorum pressioni, statimque in pristinum statum redit; & si quis has partes manu pulsaverit, tympani adinstar resonabunt. Tumor quandoque cum puncturis

ris, & validâ inflatione hinc inde migrat, quibusdam vero stabilis permanet. Accidit autem quandoque, ut seipsum manifestet, & dispareat oedema. In hujus medelam ea exhibebimus, quæ in stricture & inflammatione uteri jam crebrius docuimus. In id tamen præcipue erit incumbendum, ut hærentem in orificio thrombum adhibita omni diligentia obstetrix perscrutetur, & sine violentia avellat. Si autem chronicus fuerit morbus, tunc oedema illud auxiliis metasynergeticis, ut in uteri suffocatione præcepimus, utentes curamus. Tunc epithema a ficibus dictum, vel a feminibus, vel polyarchium, vel laurinum imponimus. Curamus autem eas balneo aquæ infidere, in qua pastinacam, daucum creticum, & pulegium incoxerimus. Verum peculiari-ter artemisiam admiscemus, porri fasciculum, hyssopi & lauri. Ex his omnibus coctis semicupium paramus. Pessos præterea cum prædictis ingredientibus conficimus, sic tamen ut pulegium simul recipiant & nitrum, rutam & bilem taurinam, quibus omnibus commixtis, pessum adornamus. Est autem & alius pessus, qui recipit caricarum pinguium diligenter lævigatarum, sic ut earum femina dispareant dr. j. Cumini dr: ij Aphronitri dr: j.

Pessi

Pessi autem omnes acerrimi cum lanæ fuerint inducti in oleum aut lac intingi debent, & sic imponi. Cucurbitulas autem metasyncriticas ipsis iisdem partibus commode affigimus, & hinc inde fortiter trahendo adducimus. Jubeamus præterea aqua calida uti, ultimo autem frigidaë balneum ingredi.

C A P U T CXXXII.

De Phlegmone uteri.

Utero phlegmone affecto talia signa accidunt: Durities sub umbilico cum quadam inflatione, sic quidem ut digito si prematur, cedat, seque paulo post rursus restituat. Ab dominis vero cutis proprium sibi colorem non habet, & digitis admotis affligitur. Sed & hoc in morbo eadem exhibemus, quæ in capite de uteri oedemate fuere præscripta. Et post injectiones ex oleo simplici in sinum factas, etiam oleum cyprinum & irinum injicimus.

C A P U T CXXXIII.

De uteri Duritie.


Transacta inflammatione uteri durities oritur & hæc quidem quandoque solum partialis. Habet autem hæc signa: Externe durities quædam apparet; sic autem detegitur, si nempe digitum induxerit obstetrix, dextreque intruferit, dolorem quemdam percipit mulier. Præterea cum aucta fuerit ipsa hæc durities, quæ (suo pondere) trahitur, dolorem in renum regione, ad inguina, & pondus in ipso pectine sentiet. Si vero in ipsa uteri cervice durities fuerit, foris quidem nullus invenitur tumor, cum autem obstetrix digitum in orificium miserit uteri, ibi durities & hians orificium invenitur, sic ut propter puncturas & dolores viri admissionem mulier ferre non possit. Nam hæc causa (Scirrhus nempe uteri) a callo in hoc differt, quod callus in totum nihil sentiat. Curationem eandem admittit, quæ in stricture uteri descripta est, hancque adhibebimus.

C A P U T CXXXIV.

De dolore uteri.

Dolor uteri post partum sequentia signa habet. Cum uterus seipsum versus stomachum converterit, dolor oritur insignis, & corpus affligitur. Quandoque etiam exinde exanimantur. Comatoso videtur quodammodo morbo correpta. Differt autem ipse hic morbus ex eo, quod neque oculi pervertantur, nec spuma defluat, neque nervi convellantur. Carosi simul detineri videntur. In quibus autem frequenter afflictionem passæ fuerint, perpetuo exinde morbo obruuntur. Si igitur sine omnimodâ virium prostratione morbus fuerit, sanguis detractus juvat. Sin parca fuerit, cucurbitulæ inguinibus affigantur. Si vero solito diutius (soporosa) jaceat, naribus ejus apponere oportet lanam tinctam, & sordidam igne fumigantem, vel quidquid aliud odore ingratum. Quin & aquæ frigidæ ipsam perfusio juvat. Vel rutam cum melle, aut oleo cyprino lævigatam, vel quale demumcunque aliud cataplasma calidum apponere oportet, dum interea coxas & corpus ejus perfricamus. Dein cum ad se redierit, totum corpus vino per-

perfundes, vel etiam illud potandum dabitur, non tamen ea copiâ, quæ solitam hujus corporis portionem superet. Sed & sinapismum ventri impones. Tertio vero die aut quarto imponendus est, donec & corpus rubeat. Si durities permanferit, moderate emollire videtur felinum in lacte solutum, dein lævigatum. Deinde ipsum illud primum in lacte coctum cum cerâ albâ, medullâ cervinâ, oleo irino, aut axungiâ tauri & rosis mixtum. Danda etiam est potio castorei, aut cyperi eadem dosi. Si vero uterus exulceratus fuerit, unguentum e rosis & adipe porci recente, quibus albumen ovi admiscebitur, paratur (sicque applicatur. Vel admoveatur utero suffimigium e sulphure apyro, quod dolorem tollens juvat. Si vero vitiata fuerit mulieris purgatio, colocyntidos ficcæ exustæ pulvis inguinibus, & infra mammas impositus juvat. Sin purgatio adest, ea exhibeantur medicamenta, quæ sanguinem promovent, uti sunt costus, pulegium, vaccinia alba, aut peplium, calamintha, satireja & hyssopus. Cibos capiat accommodatos porrum, rutam, cuminum, allia, sinapi, & omne legumen acre. Si vero sanguis, qui ab interioribus partibus prorumpere solebat, nunc e naribus proflu-



fluat; colocyntis uſta per tres aut quatuor meſes inguinibus erit imponenda. Triginta autem præterlapſis diebus a morbo curatam ſalutabis. Quodſi tamen ſanguis non appareat, & emicantem capitis dolorem videris, tunc ſanguis e brachiis mittendus erit, ſicque eam ſtatim curabis.

C A P U T CXXXV.

De molâ uteri.

Morbus mola dictus induratio eſt uteri a prægreſſa inflammatione, a quâ totum abdomen ita diſtenditur, ut prægnans mulier eſſe videatur. Quandoque vero generatione in utero factâ, nihil inde niſi caro augmentum capit; unde immittens obſtetrix digitum in uteri oſculum duritiem illam ipſam reperit. Aliquando tamen totus uterus ex hoc morbo patitur, ſic ut totum abdomen cum lapideâ duritiæ volumine augeatur, reliquumque corpus cum malo colore & anorexiâ contabefcat. Dictus eſt autem mola (morbus) a pondere, & quod tarde moveatur. Diſcernimus autem eam, quæ molâ laborat, a prægnante muliere, licet ſub initium utrique catamenia non profluant, mammas turgidas habeant,

anorexiam patiantur, pondus in renum regione sentiant, abdomenque indies volumine augeatur, ex eo, quod illa quæ nempe mola laborat indies puncturas & dolores percipiat, præterlapso tempore foetus motum non sentiat, quem prægnantes mulieres præterlapso quarto mense percipere incipiunt. Transacto autem decimo mense abdomen femoraque media volumine omnino augentur, sic ut hydropicus mulieris morbus esse videatur. Sed hydrops ab eâ quæ molam patitur ex eo distinguitur, quod percussum abdomen resonabit, pressumque digitis quandantenus cedit. Hunc morbum incurabilem plurimi declaraverunt, dum quidam statim sub initio curari posse autumant. Nos autem velut morbum chronicum sic & molam tractamus. Sic ut a paregoricis, mediantibus, fomentationibus, cataplasmatibus, & scarificatione, adhibitisque fomentis & enematibus, pessis emolientibus simplicibus, uti est diachylum, & illud Mnasei inchoantes, tandem nos ad metasyncritica convertamus; primum eas analepticâ periodo recreantes. Dein metasyncritica adjicimus, ut sunt dropaces, impositiones cataplasmatum, frictio, fortis tamen, sinapismus & emplastra, præsertim de femi-
ni-

nibus, polyarchium & laurinum, fomentationes e carminativis, semicupia simul metasyn-critica. Et sequentibus cum fructu utimur: aquâ nempe in quâ lauri decocti fuerint manipuli, hyssopus; mentha, marrubium; Pessis demum, qui butyrum, succum hyssopi, adipem anserinum, medullam cervi, & cerebrum ejus recipiant; mel præterea & ficus pingues tenuissime lævigatas & oleum vetus. Sic eam in aquam calidam inducimus & natare jubemus; vel ex eâdem ipsâ aquâ semicupia paramus. Perennante morbo etiam he-leborum dabimus, sed & suffimigia suppone-mus. Verum suffimigabant veteres massâ e croco, styrace, myrrha, resinâ & artemisiâ paratâ. Dein decoxerunt pulegium & oleum, earumque fomentationi destinaverunt; quin & cardamo in aquâ decocto usi sunt. Quæ omnia, siquidem plurimis utilia esse queant, approbavimus.

C A P U T CXXXVI.

De Haemorrhagia uteri.

Hæmorrhagia uteri ex partu difficillimo, a-bortu, aut exulceratione oritur; cum nempe
ob

ob vaforum rupturam major sanguinis copia in finum muliebrem effunditur. Consequitur autem major mulieris laborantis corporis debilitas, tenuitas, pallor corporis & anorexia. Est autem morbus ille periculosus, siquidem, cum fluxus nonnisi cum magna difficultate cohibeatur & siccet, omnis aliquando sanguis transfluat. Cæterum hæ omnes, dum cura in iis instituitur, jacere debent in cubili parvo & obscuro, & ægra in lecto pedum extremitates magis elevatas habere debet, observata omni quiete & tranquillitate corporis; Omnis enim motus fluxum promovet. Sic tamen decumbat, ut pedes complicati sint. Spongiis interea magnis, aquâ frigidâ aut oxycrato imprægnatis has partes humectare, vesicam nempe, renes & inguina, sic tamen ut crebrius mutenter, ne corpus, æstate præsertim, incalescat. Extremitates omnes constrictæ teneantur, & fasciis ligentur. Omnia aquæ frigidæ submittantur, facies etiam aquâ recenter haustâ perfundatur, & totum corpus ejus flabellis ventiletur. Sed & caput ejus oleo hispanico frigido inungimus & per intervalla acetum sorbillandum damus. Præterea semicupia cum oxycrato paramus, vel cum aqua in qua myrtus, juncus odoratus,

tus, agriosycomora, granatorum cortices, cæparumque pelliculæ, & asphaltum incocta fuerint, quibus coctis & refrigeratis mulier infideat. Si vero quod corporis motus hæmorrhagiæ aduersetur, femicupis uti nolueris, poteris hanc aquam injicere; aut succum plantaginis, rubi, intybi, aut uvæ omphaci-
næ, aut psyllii herbæ in pelli formâ applica-
re. Persistente autem morbo, hypocistidem, acaciam, & felinum in aceto soluta exacte-
que lævigata ut pessum cum lanâ imponere poteris; quibus tamen ingredientibus ompha-
cii nonnihil addes. Et lana mollis aceto im-
buta orificio uteri commode applicari potest, quæ defluentem sanguinem excipiat, ne com-
pactus ibidem has ipsas partes adurat. Erit autem lana illa crebrius permutanda. Cucur-
bitulæ præterea, quibus vis sanguinem sisten-
di inest, multâ cum flamma iis ipsis partibus affigantur, sic ut cum moram ibidem aliquam fecerint, rursus auferantur. Adhibetur eti-
am epithema, quod ex palmulis componitur, admixtis cydoniis, alumine scissili, gallarum nucibus, aloe, hypocistide, acacia, & om-
phacio, quæ omnia cum oleo & cera incor-
porantur. Vel parantur epithemata illa ex herbis, utpote portulaca nigra, psyllii her-
ba,

ba, uva omphacina (oenanthe Dioscoridis nifallor) plantagine & intybo, quæ omnia lævigata cum aceto commiscentur, vel etiam cum palmulis in aceto coctis. Utimur etiam pellis gymnasticis dictis, qui habent gallarum nucem, thus olibanum, chalcitem, & terram figillatam, sic ut pulverizato succo ex prædictis herbis cuiuspiam admisceantur. Vel etiam pulverem spongiæ ustæ, qui hac methodo præparatur. Spongiam recentem pice liquida imbutam in ollam novam immittes, & relinques, donec sic combusta fuerit, ut in pulverem redigi queat; huiusque cochlearis mensuram cum prædicto succo commiscebis, vel cum ovi albumine lævigabis. Verum si forte jugi sanguinis fluxu ardor ibi appareat, aut exulceratio, non timere magnopere debemus, illudque trohiscis dysentericis curamus. Et si quid prorsus periclitaretur, sensim tamen illam curare interea oportet, ut morbi illius (hæmonrhagiæ sane) discrimen evadat. Cibos apponimus vi sanguinem sistendi præditos, id est oryzam, lentesc, polentam cum aceto coctam, & cum oleo hispano conditam. Dabimus etiam intybum, lactucæ caulem, & ova indurata. Ex avium genere columbam dabimus, aut perdicem aut gruem
cum

cum oxycrato, myrti fructu & oleo hispano coctas. Ultimo tandem vinum exhibemus; & cum integram valetudinem recuperaverit, tardius eam lavari permittimus.

C A P U T CXXXVII.

De mulieris sanguinis fluore.

Hic mulierum morbus ex humorum abundantia oritur. Cum nempe a longo tempore (humor) ex utero effunditur variū coloris, mulier autem quæ ipsum fluxum patitur ab ipso utero malum colorem corporis habet, & anorexiam patitur, intumescitque, cum deambulare coeperit, & pedes oedematosi fiunt. Distinguitur autem hic morbus his signis, quod nempe dolor adsit vel non. Et illæ quidem, quibus dolor adest, simul aliquando ulcus habent. Ulcus autem inflammatione lædit; Estque quandoque sordidum, aliquando vero purum. Ille tamen fluxus, qui sine ulcere est, & dolore, sic ut solus humor feratur, auxiliis iis omnibus curari poterit, quæ in hæmorrhagiâ uteri exposuimus. Si cui tamen simplicia dare medicamenta placuerit, ut est leporis, vitali, ovis, cervi, si reperiatur, coagulum, non adversamur. Quia & vinum granatorum,

malicorium, aut pini corticem. His omnibus contritis & lævigatis, pulveris dantur deglutiendi Scrupuli duo. Satius tamen erit, si palmulas, & mala cydonia decoxeris, ipsumque pulverem huic decocto admiscueris, sicque potandum præbeas. Quotiescunque vero dolori adjunctus fuerit fluxus, injiciendum erit salicis decoctum; aut ptisanæ; utendum præterea erit cataplasmatibus calidis ex omni genere calefacientium & relaxantium; appofitisque cibis erit nutrienda. His enim auxiliis & constitutum in inflammatione ulcus curatur. Si vero sordidum fuerit ulcus, quod inde noscitur, si saniosus potius humor, quam purus feratur, iis utimur remediorum speciebus, quæ in dysenteria non purâ adversus ulcera sordida adhibemus. Cum primum quidem de ulceribus in utero oriundis præcepta dare instituerimus, ibidem absolutam curationem reperiēs. Si vero diuturna fuerit hæc affectio, periodicam curationem in usum vocamus, quo vires mulier reparare, radicalis corporis humor restitui, omnibus in metasyncritico cyclo adhibitis malus fluxus debellari, & corporis robur recuperari possit.

C A P U T CXXXVIII.

De fluxu seminis mulierum, quem graeci gonorrhoeam nominant.

Semen in hoc morbo mulieribus, sine cupiditate, effunditur; sic ut cum colore pallido & debilitate earum corpus contabescat. In hoc igitur morbo, præter fluxum, & semen profunditur. Remedia omnia, quæ vi adstringente pollent, in usum vocanda sunt. Sed & laminâ plumbeâ renes earum loricari oportet, sicque fasciis deligentur. Sint præterea stragula parca, æstivisque integumentis cooperiantur. Virorum adeo conspectum fugiant, neque de rebus venereis intercedat cum illis confabulatio. Per intervalla vero methodo metasyncriticâ, cujus curationes & labores sæpius expositi sunt, corroborentur.

C A P U T CXXXIX.

De Debilitate uteri.

Mulieribus, quæ debiles habent uteros, menstrua abundantiora, & frequentiora in mense, ut plurimum cum anorexia, profluunt. Et viri semen non retinent, sed emittunt; abortiunt præterea, foetumque ad legitimum tempus gestare non possunt. Ea autem est exclusio feminis, ut quam ejus portionem in viri commercio pro conceptu receperit uterus, illam post primum, secundum, aut tertium diem ejiciat. Abortus vero cum duobus aut tribus mensibus jam completis, foetum tenuem adhuc, necdumque animæ unitum emiserit. Intempestivus vero partus, cum ante legitimum tempus, approximanteque jam partus die, foetus imperfectus adhuc effunditur. Huic ergo malo commode ea adversamur curatione, quam adversus uteri hæmorrhagiam, & sanguinis fluorem exposuimus. Eandem enim cum fluxu chronico causam agnoscit.

C A P U T CXL.

De paralyfi uteri.

Quotiescunque paralyfi uterus laborat, osculum ejus cum frigore callosum, resolutumque fit, partesque generationi destinatae insensibiles sunt, neque digitorum obstetricis attactum sentit; Ipsaque mulier veneris usum odit & abhorret, sique coacte admiserit, non concipit. Quare & in gradiendo impeditur. Ipsa praeterea menstrua vel supprimuntur, vel inordinate fluunt. Curantur vero ut illae, quae suppressis menstruis laborant; utque illae, quae cum dolore purgantur.

C A P U T CXLI.

De omnibus uteri inclinati modis.

Uteri cervix atque osculum versus quatuor partes inclinantur & convertuntur. Sed & superiores quandoque partes uterus petit. Detegitur autem illud obstetricis digito, & aliis quibusdam signis. Si enim in latus inclinetur uterus, qui e directo est pes tenditur, in corpore frigus percipitur, & in deambulando impeditur. Si vero versus anteriora fiat

in-

inclinatio, tensionem in pectine sentit, urinæque excretio impeditur. Si posttrorsum se inclinet, scybalosum cum inflatione progressum sentit, mulierque summa cum difficultate alvum egerit, maxime si in recti annulum inclinatio facta fuerit. Sed signa illa omnia detegi solent; Quare sic eam uti superius exposuimus curato-

C A P U T CXLII.

De sterilitate uteri.

Sterilitas communis est cum virorum, tum & mulierum affectio. A pluribus vero causis oriri solet. Vel etenim mulieres plane non concipiunt, vel si conceperint non retinent. Vel in legitimum sane tempus gestare (conceptum) non potuerint, ut omni ex parte integer foetus excludi valeat. Ipsa vero sterilitas aut in virum aut in foeminam cadit, si corpus eorum morbo aliquo, præsertim illarum partium, quarum integritas ad conceptum requiritur, laborat. Per virum tamen conceptus impeditur, si totum corpus antecedenter morbo, præcipue diuturno, laboraverit, unde fit ut semen ejus tenuè sit ab
hu-

